Tc.24 ℭ Preter hoc quod pythagorici quidem in sensibilibus. Neqꝫ eniꝫ abstractum faciunt numerum: ⁊ esse extra celum infinitum. Plato autem extra nullũ esse corpus neqꝫ ideas: eo ꝙ nusq̃ꝫ sunt ipse: tñ infinitũ ⁊ in sensibilib⁹ ⁊ in illis esse.

ℭ Ostendit differentiam inter platonẽ ⁊ pythagoricos q̃tum ad positionem ĩfiniti: scdo quãtũ ad radicẽ ipsius ibi. Et hi quidẽ infinitũ esse. quãtũ aũt ad positionem infiniti in duob⁹ differebat plo a pythagoricis. Pythagorici enim nõ ponebant infinitũ nisi in sensibilibus: cuꝫ eniꝫ infinitũ cõpetat quãtitati: pma aũt quãtitas est nũerus: pythagorici nõ ponebãt numerũ separatũ a sensibilibus: sꝫ dicebãt numerũ eẽ subãꝫ reꝝ sensibiliũ: ⁊ ꝑ ꝯñs neqꝫ infiᵐ erat nisi in sensibilib⁹: itẽ pythagoras cõsiderabat ꝙ sensibilia q̃ sunt infra celũ: sunt circũclausa celo: vñ in eis nõ põt eẽ infinitũ: ⁊ ꝑꝑ hoc ponebat ꝙ infinitũ eẽt in sensibilib⁹ extra celũ: sꝫ plo ꝯ̃rio ponebat ꝙ nihil ẽ extra celũ: neqꝫ.n. dicebat eẽ extra celũ aliqð corpus sensibile: qꝛ celũ dicebat eẽ ꝯtinẽs oĩa sensibilia. neqꝫ ẽt ideas ⁊ spẽs reꝝ q̃s ponebat eẽ separatas dicebat eẽ extra celũ: qꝛ int⁹ ⁊ extra significãt locũ: idee võ fꝫ ipm nõ sunt ĩ aliq loco: qꝛ loc⁹ corpaliũ ẽ. Itẽ dicebat plo. ꝙ ĩfiᵐ nõ solũ ẽ in reb⁹ sensibilib⁹: sꝫ ẽt in illis. i. in ideis separatis: qꝛ ẽt in ipsis nũeris sepatis ẽ aliqd formale vt vnũ: ⁊ aliud mãle vt duo: ex quib⁹ oẽs nũeri ponũt. ℭ Scdo ibi.

T.c.26. ℭ Et hi quidẽ infinitũ esse parẽ. Hic quidẽ eniꝫ comprehensus ⁊ sub impari reclusus adhibet his que sunt infinitatẽ. Signum auteꝫ huius est quod contingit in numeris: circumpositis enim gnomonibus circa vnũ ⁊ extra: aliquando quidẽ aliã fieri specieꝫ: aliquando aũt vnã. ℭ Plato autem duo infinita magnum ⁊ paruuꝫ.

T.c.27. & gnomõ i fi. sui quadrat. ⁊ in fi.ᵃ

Quadratum
Dyametro
Supplemẽtũ gnomonis circumpositi quadrato
Supplemẽtũ gnomonis circumpositi quadrato.
Supplemẽtũ gnomonis circumpositi quadrato.
q̃drati sup dyametrũ cõsi.
Supplementũ gnomonis circumpositi quadrato
q̃drati sup dyametrũ cõsi.



ℭ Ostendit dñam eoꝝ quãtũ ad radicẽ ĩfiniti: ⁊ dicit ꝙ pythagorici attribuebant infinitum vni radici. s. nũero pari. ⁊ hoc manifestabãt dupl̃r. pmo per rõnẽ: qꝛ id qð cõcluditur ab alio: ⁊ ꝑ aliud terminat: q̃tuꝫ est de se: hꝫ rõnẽ infiniti. Qð aũt cõcluditur ⁊ terminat hꝫ rõnẽ termini: par aũt nũer⁹ cõprehẽdit ⁊ ꝯcludit sub ĩ pari: si. n. ꝓponit aliqs nũer⁹ par: vndiqꝫ diuisibilis appet. cũ võ addita vnitate ad imparẽ numerũ reducit: iaꝫ quãdã indiuisionẽ ꝯsequit: sic ẽ par sub impari constringatur. vñ videt ꝙ par sit ꝑ se infinitũ: ⁊ causet in alijs infinitatem. Ostendit ẽt idẽ per signũ. Ad cuius euidentiã sciendum est ꝙ in geometricis gnomon dr̃ quadratuꝫ sup dyametrũ cõsistens. cũ duob⁹ supplementis. hmõi igit gnomõ circũpositus q̃drato constituit q̃dratum. Ex huius ergo similitudine in numeris gnomones dici pñt numeri qui aliquibus nũeris addunt. Est aũt hic obseruandum ꝙ si aliquis accipiat numeros impares fm ordinẽ ꝓgressiõis numeralis ⁊ vnitati que est q̃dratũ virtute inq̃tũ vnum est soluꝫ vnũ: addat pmũ nũerũ imparẽ. s. trinariũ ꝯstituetur q̃ternarius qui est nũerus quadratus. nã bis duo sunt quatuor. si võ huic scdo quadrato addatur secũdus. s. quinarius ꝯsurgit nouenarius qui est quadratũ trinarij. nã tertia sunt nouẽ. Si aũt huic tertio q̃drato addatur tertius ipar. s. septẽnarius consurgit sedecim qui est quadratum quaternari ⁊ sic semper per ordinatam additionem numerorum imparium resultat eadem forma in numeris. s. quadratum. per additionem autem pariuꝫ semper resultat diuersa figura. nam si primus par. s. duo addantur vnitati consurgit trinarius qui est figure trilatere. si autem huic addatur secũdus par. s. quaternarius cõsurgit septẽnarius qui est figure eptagone: ⁊ sic semper variatur figura numerorum ex additione parium. ⁊ hoc videtur esse signum ꝙ vniformitas pertinet ad numerum imparem: difformitas autem ⁊ varietas ⁊ infinitum pertinent ad numerum pareꝫ: ⁊ hoc est qð dicit. Signum huiusmodi scilicet ꝙ infinitum sequatur numeruꝫ parem est hoc ꝙ contingit in numeris. circumpositis. n. gnomonibus. idest nũeris additis circa vnuꝫ idest circa vnitatem ⁊ extra: idest circa alios numeros aliquando quidem fit alia species: idest alia forma numeralis scilicet per additionem numeri paris: aliquando autem fit vna species scilicet per additionem numeri imparis: ⁊ sic patet quare pythagoras numero pari attribuit infinitatem. Plato autem attribuebat duabus radicib⁹ scilicet magno ⁊ paruo. hec enim duo secundum ipsum sunt ex parte mãe cui cõpetit infinituꝫ. ℭ Deinde cum dicit.

¶ De natura autem oēs semp subijciunt alteram
quandam naturam infinito dictorum elemen-
torum: vt aquam: aut aerem: aut medium hoꝝ.
Finita autem facientiū elementa nullus infinita
facit. Quicūqȝ autem infinita faciunt elementa
quemadmodum anaxagoras ꝛ Democritus.
Hic quidem ex similibus partibus: ille autez ex
omni semine figuraꝝ per contactū continuum
T.c.28. infinitum esse dicit. ¶ Et hic quidē quālibet p-
tem esse similiter mixtaz toto ex eo qȯ videt qȯ-
libet ex quolibet fieri. Hinc etenim videtur ꝛ si-
mul aliquando omnes res firmate esse; vt hec
caro ꝛ hoc os: ꝛ sic quodlibet: ꝛ omnia itaqȝ ꝛ
simul igitur. Principium.n. non solum in vno-
quoqȝ disgregationis sed ꝛ omnium est. Quo-
niaz enim oē quod fit: ex hmōi fit corpore: oīuz
enim generatio preterqȝ ꝙ non simul: ꝛ qȯdam
principium esse oportet generationis. Hoc aūt
est vnū: quod ille vocat intellectum. Intellect⁹
aūt ex principio quodam operatur intelligens
ꝛ cognoscens. Quare necesse est simul aliquan-
T.c.29. do oia esse: ꝛ incipere moueri aliqñ. Democrit⁹
aūt nihil alteꝝ ex altero fieri primoꝝ dicit. Sed
tamen ipsum cōe corpus omnium esse principi
um magnitudine; scdm partes ꝛ figuras diffe-
T.c.30. rens. Quod quidez igitur conueniens sit physi
cis hec speculatio manifestū ex his.

¶ Ponit opiniones nāliū de īfinito. Secūdū est ꝙ ꝙ oēs nāles phi: qui.s. nālr principia rerum tradiderunt ponūt ꝙ infinitū non est per se subsistēs sicut supra dictū est: sed ponūt infinitū esse accidens alicuius nature ei supposite. Qui ꝙ posuerūt vnū pn^m tm̄ male qȯcūqȝ sit de numero coꝝ que dicunt elemēta siue aer siue aqua siue aliqȯ mediū dixerūt esse infinitum: qui vero fecerūt plura elementa sed finita fm numerum: nullus coꝝ posuit ꝙ elementa essent infinita fm quātitatem. ipsa enim distinctio elementoꝝ ꝯrIari videbat infinitati vtriusqȝ coꝝ. sed illi qui fecerunt infinita fm numerū: dicunt ex omnibus illis infinitis fieri quoddā vnū infinitū per cōtactū: ꝛ hi fuerūt Anax. ꝛ Democrit⁹: qui in duob⁹ differebāt. primo quidem in quiditate principioꝝ infinitoꝝ. Nam Anax. posuit illa infinita pncipia eē īfinitas similes partes vt carnis ꝛ ossis ꝛ hmōi. Democrit⁹ ponit hmōi īfinita pn^a eē indiuisibilia corpora dr̄ia fm figuras. que quidem corpora dicebāt esse semina totius nāe. Alia differentia est ꝙtū ad habitudinem hoꝝ principioꝝ adinuicem. Anax. aūt dicit ꝙ quelibet haꝝ partiū infinitarum esset cōmixta cuilibet. sicut ꝙ in qualibet pte carnis esset os: ꝛ eꝯ: ꝛ silr de aliis. ꝛ hoc iō qꝛ vidit ꝙ qȯlibet. fit ex quolibꝫ: ꝛ cū crederet ꝙ omne qȯ fit ex aliquo est in eo: syllogiȥauit ꝙ qȯlibet sit in quolibet: ꝛ ex hoc vr̄ ipse affirmare ꝙ aliqñ oēs referant simul confuse adinuicem ꝛ nihil erat distinctū ab alio. sicut enim hec caro ꝛ hoc os cōmiscent adinuicē: qȯ demōstrat per generationē coꝝ adinuicē: sic etiam de quolibet alio. oia igitur aliqñ fuerant simul. est enim accipere pn^m disgregationis. nō solū in aliq̄ vno: sed in omnibus simul. qȯ sic probat. qȯ.n. fit ex alio erat prius ei cōmixtum: ꝛ per hoc fit ꝙ segregatur ab eo: sed oia fiunt licet non simul: opꝫ igit ponere vnum principium generationis oīum non solum vniuscuiusqȝ. ꝛ hoc vnū principiū vocauit intellectum: cui soli competit distinguere ꝛ congregare propter hoc ꝙ nō est immixtus. Qꝛ aūt fit per intellectū vr̄ habere qȯdam principium qꝛ intellectus a determinato principio incipiens operat. si ergo segregatio fit ab intellectu opꝫ dicere ꝙ segregatio habeat qȯdam pn^m. vñ concludebat ꝙ aliqñ oia sil̄ fuerint: ꝛ ꝙ motus quo segregantur res adinuicē aliqñ inceperit cū pus nō fuerit. sic igit Anax. ponit vnū pncipioꝝ fieri ex altero: sed Democrit⁹ dicit ꝙ vnū pncipioꝝ nō fit ex altero: sed natura corporis q̄ est cōmunis omnibus indiuisibilibus corporibus differens fm partes ꝛ figuras est principium omnium secūdum magnitudinem: inquantum ex indiuisibilibus ponebat componi oēs magnitudines indiuisibiles. ꝛ sic cōcludit ꝙ ad philosophum naturalem pertinet considerare de infinito. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Rationabiliter autez ꝛ principium ipsum po-
nunt omnes. Neqȝ.n. frustra possibile est ipsuz
esse: neqȝ aliam inesse potentiam: nisi sicut prin-
cipum. Omnia enim principiū sunt: aut ex prin-
cipio. infiniti autem non est principiuz. esset eniz
vtiqȝ finis ipsius. Amplius autem ꝛ ingenitū ꝛ
incorruptibile: si est quoddam principium.
Quodcūqȝ eniz fit necesse est accipere finē: ꝛ fi-
nalitas est corruptionis. Quare sicuti dicimus
non est huius principium: sed hoc aliorꝫ vide-
tur esse: ꝛ continere omnia ꝛ gubernare: sicut
affirmant quicūqȝ non faciunt extra infinitum
aliquam causam: vt intellectuz aut concordiaz.
Et hoc esse debet diuinum. Immortale eniz ꝛ
incorruptibile est: sicut affirmant anaximādros
ꝛ plurimi philosophorꝫ.

¶ Ponit ꝙtuor in quib⁹ antiqui phi concordabant circa infinitum: quoꝝ pmū est: ꝙ oēs posuerūt infinitum esse pncipiū: ꝛ hoc [rationabilr] .i. per pbabilē rōnē. nō.n. possibile est si infinitū sit ꝙ sit [frustra] i. ꝙ non habeat aliquē determinatū gradū in entib⁹: nec pōt habere aliā vtutē nisi pncipij: qꝛ oia que sunt in mūdo vel sunt pncipia: vel ex principijs. Infinito aūt nō cōpetit habere pncipium: qꝛ qȯ hꝫ pn^m hꝫ finē. vñ relinquit ꝙ īfi^m sit pn^m. Sꝫ attendendū est ꝙ in hac rōne vtunt equoce pncipio ꝛ fine. Nā qȯ est ex pncipio hꝫ pn^m originis: īfinito autē repugnat pn^m ꝛ finis ꝙtitatis vel magnitudinis. Fm aūt ꝙ attribuunt īfinito est ꝙ sit igenitū ꝛ īcorruptibile: ꝛ hoc sequit ex eo ꝙ est pn^m. oē.n. qȯ fit necesse est ꝙ accipiat finē: sicut ꝛ hꝫ pn^m. ꝛ ēt cuiuslꝫ corruptionis. est aliquis finis. finis aūt repugnat īfinito: eē aūt generabile ꝛ corruptibile repugnat īfinito: ꝛ sic pꝫ ꝙ nō est aliqȯ pn^m infiniti: sed magis īfinitū est pn^m alioꝝ. in hoc ēt equiuoce sumebat pn^m ꝛ finē sicut ꝛ supra. Tertiū qȯ attribuebāt infinito erat ꝙ cōtineret ꝛ gubernaret oia. hoc enim vr̄ eē pmi pncipij. ꝛ hoc dixerūt quicūqȝ nō posuerūt pter māz quā dicebant īfinitā alias cās. s. agentes. vt intellectum posuit Anax. ꝛ concordiam empe. cōtinere eniz ꝛ gubernare magis ptinet ad principiū agens ꝙ ad mām. Quartū aūt infinito attribuebant: ꝙ eēt qȯdaz diuinū. omne enim qȯ est immortale aut incorruptibile diuinuz appellabant: ꝛ hoc posuit Anaximander. ꝛ plures antiquoꝝ phoꝝ naturalium.

T.c.31. Esse autem infinitum fides ex quinqȝ contingit maxime itendentibus. ex tempore. hoc enim infinitum. ⁊ ex magnitudinum diuisione. Utuntur enim mathematici infinito. Amplius sic vtiqȝ solum non est deficere fieri ⁊ corrumpi: si infinitum sit. Amplius inducendo finitum semper ad aliquid. Quare necesse est ei nullum esse terminum: si semper inducere necesse est alterum ad alterum. Maxime autē ⁊ magis pro

T.c.32. prie quod communem facit dubitationem omnibus: propter id enim quod intellectu non est deficere: ⁊ numerus infinitus videtur esse ⁊ mathematice magnitudines: ⁊ quod est extra celum. Infinitum autem cum sit extra ⁊ corpus infinitum videtur esse ⁊ mundi. Quid enim magis vacuum hic q̄ȝ ibi. Quare siquidem in vno loco: ⁊ vbiqȝ esse magnitudinem. Similiter autem ⁊ si vacuum est: ⁊ locus infinitus ⁊ corpus infinitum necesse est esse. Contingere enim ab esse nihil differt in perpetuis.

¶ Positis opinionib⁹ antiquorum de infinito. Hic icipit inq̄rere veritatē. ⁊ p̄mo obijcit ad vtrāqȝ partem. sc̄do soluit ibi. Quō q̄dē igit corp⁹. Circa p̄mū duo facit. p̄mo ponit rōnes ad ondēdū q̄ ifinitū sit. Sc̄do ad ondēdū q̄ nō sit

Lec. 2. T.c.36. ibi. Hȝ aūt dubitatiōem. Circa p̄mū ponit qnqȝ rōnes: quarum p̄ma sumit ex tpe qd̄ fm cōēȝ opionēȝ antiq̄orum ifinitū erat. solus. n. plō gn̄auit tp̄us: vt in. 8. hui⁹ dicet. Dicit ergo p̄mo q̄ ad ondēdū ifinitū eē: ex qnqȝ rōnib⁹ accipi pōt. ⁊ p̄mo q̄dē ex tpe: qd̄ est ifinitū fm illos q̄ dicebāt tp̄s sp̄ fuisse ⁊ semp̄ futurum esse. Sc̄da rō sumit ex diuisiōe magnitudinū i ifi^m. ifinito. n. in magnitudinib⁹ vtunt etiā mathe. in suis demonstratiōibus: qd̄ nō esset si ifinitum totalr̄ tolleret a reb⁹. oȝ igit ponere ifinituȝ. Tertia rō sumit ex ppetuitate gn̄atiōis ⁊ corruptiōis: fȝ pluriū opionē: si. n. totalr̄ tolleret ifinitū: nō possȝ dici. q̄ gn̄atio ⁊ corruptio ifinitum durarēt: vn̄ oporteret dicere q̄ qn̄qȝ totalr̄ gn̄atio cessaret qd̄ est ɔtra multorū opionē. oȝ ergo ponere ifinitū. Quarta rō sumit ex appenti rōne finiti. Ur̄. n. plurib⁹ q̄ de rōne finiti sit: q̄ semp̄ icludat ab aliquo alio: q̄ȝ videm⁹ apud nos oē finitum extēdi vsqȝ ad aliq̄d: demōstratio igit aliquo corpore si illud sit ifinitū habet ppositū: si āt sit finitū oportebit q̄ terminet ad aliqd̄ aliud: ⁊ iterum illud si sit finitū ad aliqd̄ aliud: aut ergo erit pcedere in ifinitū: aut deueniet ad aliqd̄ corp⁹ ifinitū: ⁊ vtroqȝ mō ponit ifi^m. vn̄ necesse est q̄ nullus sit termin⁹ corporum: sȝ sp̄ oȝ q̄ oē finitū icludat ab aliquo altero. Quinta rō sumit ab appꝛehēsione itellect⁹ vel imaginationis. vn̄ dicit illud qd̄ maxime facit cōem dubitatiōem iducentem hoies ad ponēdum ifinitū: est ex hoc q̄ intellectus nūquam deficit: q̄n super q̄libȝ finitum datum possit aliq̄d addere. existimabāt aūt antiqui ph̄i q̄ res rn̄derent appꝛehensioni itellectus: ⁊ sensus. vn̄ dicebāt q̄ oē quod videt est verum. vt in quarto meta. dr̄: ⁊ pp̄ter h̄ credebāt q̄ ēt in rebus esset ifinitum. idē est q̄ vr̄ numerus esse ifinitus: q̄ȝ itellectus cuilibet numero dato vnitatē addēdo facit aliam spēȝ. ⁊ eadē rōne vident magnitudines mathematice q̄ in imaginatione consistunt esse infinite: q̄ȝ qualibȝ ma-

Lec. 3. T.c.35.

gnitudie data possum⁹ imagiari maiorē: ⁊ eadē rōne vr̄ eē extra celū qdā spaciū ifinitū: q̄ȝ possum⁹ imagiari extra celū in ifinitū q̄sdā dimēsiōes. Si aūt est ifinitū spaciū extra celū: necesse vr̄ q̄ sit corp⁹ ifinitū: ⁊ qd̄ sint mūdi ifiniti. ⁊ hoc duplici rōe: p̄ma rō ē: q̄ȝ si ɔsideret totū spaciū ifinitū totū fȝ se ɔsideratū ē vniforme. Nō est ḡ assignare rōnē q̄re magis in vna pte illō spaciū sit vacuū a corpe q̄ in alia. Si ergo in aliq̄ pte illius spacij iuenit magnitudo corpalis hui⁹ mūdi: oȝ q̄ in q̄lȝ pte illi⁹ spacij iueniat aliq̄ magnitudo corpalis sic̄ q̄ est hmōi mūdi ⁊ sic oȝ corp⁹ eē ifi^m sic̄ ⁊ spaciū. Uel ēt oȝ mūdos eē ifinitos vt democrit⁹ posuit. alia rō ē ad idē ondēdū. q̄ȝ si ē ifinitū spaciū aut ē vacuū: aut ē plenū: si ē plenū habet ppositū q̄ sit corp⁹ ifinitū: si aūt ē vacuū. cū vacuū nihil aliō sit q̄ loc⁹ nō replet⁹ corpe pōle repleri: necesse ē q̄ si ē spaciū ifi^m. sit ēt loc⁹ ifinit⁹: q̄ possȝ repleri corpe: ⁊ ita oportebit corp⁹ eē ifi^m: q̄ȝ i ppetuis nō differt ɔtigere ⁊ eē. Un̄ si ɔtigit locū ifi^m repleri corpe: oȝ dicē q̄ sit repletus corpe ifinito. nec̄ ḡ vr̄ dicē q̄ sit corp⁹ ifi^m. ¶ 2⁹ ibi.

¶ Habet autem dubitationem de infinito consideratio: ⁊ nanqȝ non esse ponentibus multa impossibilia accidunt: ⁊ esse. Amplius autem qualiter est: vtrum sicut substantia: aut sicut accidēs per se alicui nature aut naturaliter. Sed nihilo- T.c.33.

minus est infinitum aut infinita multitudine. T.c.34

¶ Maxime autē physici est considerare si est magnitudo sensibilis infinita.

¶ Obijcit i ɔtriū. ⁊ circa h̄ tria facit. p̄mo ondit q̄ōnē eē dubitabilē ne rōnes p̄misse oio verum ɔcludere videant. Sc̄do ondit quot modis dr̄ ifi^m. ibi. Primū ḡ determinādum. Tertio rōnes ponit ad ostēdēdū ifi^m nō eē ibi. Separatū q̄dē igit eē. Dicit ḡ p̄mo q̄ dubitatio est circa ifinitū vtrum sit vel nō sit: multa. n. ipossibilia ɔsequunt his qui ponūt infi^m oino nō eē: sicut ex p̄missis pȝ. ⁊ ēt his qui ponūt ifinitū eē multa accidūt impoſīa: vt ex ɔsequētib⁹ rōnib⁹ patebit: est ēt dubitatio q̄lr̄ ifinituȝ sit: vtrum. s. sit aliq̄d p se exn̄s: sic̄ q̄dam sub̄a: vel sicut aliqd̄ accn̄s per se ɔueniēs alicui nāe: aut neutro mō sit. s. neqȝ p se exn̄s sic̄ sub̄a: neqȝ sic̄ accn̄s per se. Sȝ nihilomin⁹ sicut accidens est aliqd̄ ifinitum ɔtinuum. ⁊ aliq̄ ifinita fȝ multitudinē. sȝ maxie ptinet ad ɔsideratiōem ph̄i nālis: si est aliq̄ magnitudo sensibilis ifinita. nā magnitudo sensibilis est magnitudo nālis. ¶ Secundo ibi.

¶ Primum ergo determinandum quot modis dicitur infinitum. Uno quidem igitur modo q̄ impossibile est transiri: ex eo q̄ non est aptuȝ transiri: vt est vox inuisibilis. Aliter autem transitum habens inconsumabilem: aut quod vix: aut quod aptum natum est habere: non tamen habet transitum aut finem. Amplius infinitum esse: aut secundum appositionem: aut secunduȝ diuisionem: aut vtroqȝ modo.

¶ Ostendit quot modis dr̄ ifi^m. ⁊ ponit duas diuisiones infiniti: quarum p̄ma est cōis ifinito: ⁊ oib⁹ p̄uatiue dc̄is nā sicut inuisibile dr̄ tripl̄r qd̄ vel nō est aptum natum videri vt vox: que nō est de genere visibiliuȝ: vel qd̄ male vr̄ sicut qd̄ vr̄. in obscuro aut a remotis: vel qd̄ natum est videri ⁊ non vr̄ sicut qd̄ est oino in tenebris: sic igitur ⁊ vno mō dr̄ ifinitum quod n̄ est natum trāsiri. nam ifinitum idem est qd̄ itrāsibile: ⁊ hoc est q̄ȝ est de genere non

trāſibiliū:ſicut idiuiſibilia:vt pūctus:ꝛ forma:per quez etiam modum dr̄ vox iuiſibilis. Alio modo dicitur infinitum qd̄ quātū eſt de ſe tranſiri pōt:ſed eꝰ trāſitus nō pōt perfici a nobis:ſicut ſi dicat̄ profunditas maris eſſe īfinita:vel ſi poteſt perfici tn̄ vix ꝛ cum difficultate. ſicut ſi dicamus ꝙ iter vſqꝫ in indiam eſt īfinitum: ꝛ vtrunqꝫ iſtoꝝ ptīet ad hoc qd̄ ē eē male trāſibile. Tertio mō dr̄ īfinitū qd̄ eſt natū trāſiri q̄ſi de gn̄e trāſibiliū exn̄s:qd̄ tn̄ nō hꝫ trāſitū ad finem:vt ſi eſſet aliqua linea nō hn̄s terminū:vel quecūqꝫ alia q̄titas. ꝛ ſic ꝓprie dr̄ īfinitū. Aliā diuiſionē ꝓpriam īfiniti ponit ibi. Amplius aūt īfinituꝫ. Dicens ꝙ īfinitum dicitur vel per appoſitionem ſicut in numeris:aut ſm̄ diuiſionem. ſicut in magnitudinibꝰ:aut vtroqꝫ modo:ſicut in tempore. ¶ Tertio ibi.

T.c.35. ¶ Separatum quidē igit̄ eſſe infinitū a ſenſibilibus ipꝫ aliqd ens infinitū īpoſſibile ē. Si nāqꝫ neqꝫ magnitudo neqꝫ multitudo eſt:ſuba autez ipſum infinitum. ꝛ non accidēs:indiuiſibile erit. Diuiſibile enim aut magnitudo aut multitudo erit. Si autem indiuiſibile eſt:non infinituz eſt: niſi ſicut vox inuiſibilis. Sed neqꝫ ſic dicunt affirmātes eſſe infinituz:neqꝫ nos querimꝰ:ſed ſicut intranſibile.

T.c.36. ¶ Si aūt ſm̄ accn̄s ē īfinitum: non erit vtiqꝫ elemētum eorum que ſunt ſm̄ ꝙ ē infinitum:ſicut neqꝫ inuiſibile locutionis:q̄uis vox ſit inuiſibilis.

duplici ratione prima

¶ Ponit rōnes ad excludēdū infim̄:ꝛ p̄mo ad excludēdum īfim̄ ſepatū qd̄ platonici poſuerūt. ſcd̄o ad excludēdum īfinitū a rebus ſenſibilibus ibi. Rōnabilr̄ q̄dem igitur. Circa p̄mū ponit tres rōnes:circa q̄rum p̄mam dic̄ ꝙ īpoſſibile eſt eſſe īfinitum ſeparatū a ſenſibilibꝰ:ita ꝙ īpm īfinitum ſit aliqd per ſe exn̄s:ſicut platonici poſuerunt. qꝛ ſi ponitur īfinitū eſſe aliqd ſeparatum:aut hahꝫ aliquam quātitatem. ſ. continuam:q̄ eſt magnitudo:aut diſcretaꝫ que eſt multitudo:aut nō. ſi aūt eſt ſuba ſine accidēte qd̄ eſt magnitudo ſiue multitudo:oꝫ ꝙ īfinitū ſit īdiuiſibile qꝛ oē diuiſibile:vel eſt numerus:vel magnitudo. Si aūt aliqd eſt īdiuiſibile nō erit īfinitum:niſi p̄mo mō. ſ. ꝓut dr̄ aliqd īfinitū:qd̄ nō eſt aptū natū tranſiri:ſicut dr̄ vox īuiſibilis. Sed hoc eſt p̄ter itētionē p̄ntis qd̄nis:q̄ querimus de īfinito ꝛ preter itentionem coꝝ qui poſuerūt īfinitum. nō. n. intenderūt ponere īfinitum ſic īdiuiſibile:ſed ſicut intranſibile. i. qd̄ natum eſt tranſiri:ꝛ nō hꝫ tranſitū. ſi vero īfinitum nō ſit ſolum ſuba:ſed ēt habeat accidens qd̄ eſt magnitudo ꝛ multitudo cui cōpetit īfinitū:ꝛ ſic īfinitū inſit ſube ſm̄ illud accidens: nō erit infinitū inquantū huiꝰ p̄ncipiū coꝝ q̄ ſunt:ſic antiq̄ poſuerūt. ſic ēt n̄ dicimꝰ iuiſibile eē p̄n̄m locutiōis: q̄uis accidat voci q̄ ē p̄n̄m locutōis. ¶ Scd̄aꝫ rōnē ponit ibi.

¶ Amplius quomodo contingeet aliquid eſſe ipſum infinitum ſi vere non eſt ꝛ ſm̄ numerum ꝛ magnitudinem:quorum eſt per ſe paſſio quedā infinitum. Adhuc enim minus neceſſe eſt eē q̄ꝫ ſm̄ numerum ꝛ magnitudinem.

¶ Et eſt talis. minꝰ ē ſepabile:ꝛ p ſe exn̄s paſſio q̄ ſubꝫ. Sed īfinitū ē paſſio magnitudinis ꝛ nūeri:ſꝫ magnitudo ꝛ nūerus nō p̄nt ſepari ꝛ p ſe exiſtere:vt i metaphyſica ꝓbatū eſt. ḡ neqꝫ īfinitū. ¶ Tertiaꝫ rōnē ponit ibi.

T.c.37 ¶ Manifeſtum autem eſt ꝙ non ꝯtingit īfinitū eſſe ſicut actu eſſe:ꝛ ſicut ſubſtantiam ꝛ principium. Erit. n. quodlibet ipſius acceptum infinitū ſi partibile eſt. Infinito. n. eſſe ꝛ infinitum idem eſt:ſi ſuba infinitum eſt:ꝛ non de ſubiecto. Quare aut indiuiſibile eſt:aut in infinita diuiſibile. Multa autem īfinita eſſe īpoſſibile eſt. At vero ſicut aeris aer pars eſt:ſic ꝛ infiniti infinituꝫ: ſi quidem ſuba eſt ꝛ principium impartibile. igitur ꝛ īdiuiſibile eſt:ſed īpoſſibile eſt eſſe actu īfinitum. Quantitatem enim aliquaꝫ neceſſe eſt eſſe. ¶ Secunduꝫ accidens ergo eſt īfinitum:ſed ſi ſic eſt dictum eſt ꝙ non contingit ipſum dicere principium:ſed illud cui accidit. vt aerem aut par. T.c.38.

Quare īconuenienter vtiqꝫ enunciēt ideꝫ dicentes ſicut pythagorici dicunt. Simul enim ſubam faciunt īfinitū:ꝛ partiuntur. T.c.39.

¶ Sed fortaſſis hec quideꝫ eſt vniuerſalis queſtio magis: ſi contingit in mathematicis īfinitum eſſe ꝛ ītelligibilibus ꝛ in nullam habentibus magnitudinem. Nos autem ītendimus de ſenſibilibus:ꝛ de q̄bus facimus ſciam:vtrum ī ipſis eſt:aut nō eſt corpus īfinitum in augmentum.

¶ Et dic̄ maniſm̄ eē ꝙ nō p̄t poni ꝙ īfim̄ ſit ī actu:ꝛ ꝙ ſit ſic ſuba q̄dā:ꝛ ſic p̄n̄m reꝝ:aut. n. īfim̄ erit ptibile:aut īpartibile. ſi q̄dē erit ptibile:necē ē ꝙ q̄lꝫ ps eiꝰ ſit īfinitū ſi īfim̄ eſt ſuba. qꝛ ſi infim̄ ē ſuba:ꝛ non dr̄ de aliquo ſubo vt accn̄s:oportebit ꝙ idē ſit īfim̄:ꝛ īfinito eē. i. eſſentia ꝛ rō īfiniti. Nō. n. idē ē id qd̄ ē albū ꝛ nā albi. ſꝫ id qd̄ ē hō ē hoc qd̄ ē nā hoīs. vn̄ oportebit ꝙ ſi infim̄ ſit ſuba: aut ſit īdiuiſibile:aut diuidat̄ in ptes īfinitas:qd̄ eſt impoſſe: qꝛ ex multis īfinitis ꝯponi aliqd idē eſt impoſſe:qꝛ oporteret īfinitū terminari ad aliud īfinitū:apparet ēt nō ſolū ex rōne:ſꝫ ēt ex ſilitudine. qꝛ ſi infim̄ ſit ſuba:ꝛ diuidit̄: oꝫ ꝙ q̄lꝫ ps eiꝰ ſit īfinitum: ſicut. n. q̄lꝫ ps aeris eſt aer: ita ꝛ q̄lꝫ ps īfiniti erit īfinita:ſi īfinitū ſit ſuba ꝛ p̄n̄m. qꝛ ſi ſit p̄n̄m oꝫ īfim̄ eē ſubaꝫ ſimplicē nō ꝯpoſitā ex ptibus diſſormibꝰ:ſicut hō cuiꝰ nō q̄lꝫ ps eſt. hō. Cū ḡ īpoſſe ſit alicuiꝰ īfiniti q̄libet ptē eē īfinitā. oꝫ ꝙ īfinitū ſit īpartibile ꝛ īdiuiſibile. Sed illud qd̄ eſt īdiuiſibile nō pōt eſſe īfinitū in actu:qꝛ qd̄ ē īfim̄ in actu eſt q̄tū:ꝛ oē q̄tū ē diuiſibile. ſeq̄t̄ ḡ ꝙ ſi eſt infinitū in actu nō ſit ſic ſuba:ſꝫ rōne accidētis qd̄ eſt q̄titas. ꝛ ſi hoc ſit īfinitū nō erit p̄n̄m ſed illud cui accidit īfinitū:ſiue illud ſit aliq̄ ſuba ſenſibilis:vt aer. ſicut poſuerūt phi nālēs. ſiue ſit aliq̄ ſuba ītelligibilis:vt par:ſic pytagorici poſuerūt. vn̄ maniſm̄ ē ꝙ īcōuenietēr dixerīt pytagorici ponētes īfim̄ eē ſubaꝫ ꝛ ſimul cū hoc ponētes īpm eē diuiſibile:qꝛ ſeq̄t̄ ꝙ queꝫ ps eiꝰ ſit īfinita:qd̄ ē īpoſſe:vt ſupra dcm̄ ē. Ultimo autē dic̄ ꝙ iſta qd̄ q̄ ē an īfim̄ ſit ī mathematicis q̄titatibꝰ ꝛ ī rebꝰ ītelligibilibꝰ n̄ hn̄tibꝰ magnitudinē:ē magis vlis q̄ ſit p̄n̄s ꝯſideratio. Nos. n. ītēdimꝰ ad p̄ns de rebꝰ ſenſibilibus de q̄bꝰ tradimꝰ ſciaꝫ nālē: vtꝝ in ipis ſit corpꝰ īfim̄ in augmētū:vt antiq̄ nālēs poſuerūt. Lectio. VII.

Rationabilr̄ q̄dem igitur ſpeculantibus ex hmōi videbit̄ non eſſe vtiqꝫ. Si. n. ē corporiſ rō ꝙ planicie determinatum eſt:nō erit vtiqꝫ corpus īfinitū. neqꝫ ītelligibile. neqꝫ ſenſibile. T.c.40

¶ At vō nec nūerꝰ ſic ē ſicut ſeparatꝰ ꝛ īfinitus. T.c.41

Numerabile.n.numerus est: aut habens nume rū. Si ergo numerabile possibile est numerari. ꝛ transiri vtiqȝ possibile erit infinitum.

¶ Postquā phs remouit opionē antiquoꝝ qui de īfini to nō nālr loquebant. Hic ostēdit non esse īfinitum sicut phi nāles ponebāt. Et pmo hoc oñdit p rōnes logicas. scdo p rōnes nāles ibi. Physice aūt magis. Dñr aūt pri me rōnes logice: nō q: ex terminis logicis logice pcedāt sȝ q: logico mō pcedūt.s.ex cōib⁹ ꝛ pbabilibus: qd est p priū syllogismi dialectici. Ponit ḡ duas logicales rōes. in quaꝝ pma oñdit q nō sit aliqd corp⁹ īfinitū. diffō.n. corpis est q sit determiatū. planitie.i. supficie: sic diffō li nee est q ei⁹ termini sint pūcta. nullū āt corpus determi natū supficie est īfinitū. ḡ nullū corpus est īfinitum: neqȝ sensibile qd est corp⁹ naturale: neqȝ itelligibile qd est cor pus mathematicū. Qd ergo dic: rōnabilr. exponēdum ē logice. Nā logica dr rōnalis phia. ¶ Scda rō oñdit q nō sit īfinitū multitudie. oē.n. numerabile ɔtingit nūe rari ꝛ p ɔñs numerādo trāsiri. ois aūt numerus: ꝛ oē qd hȝ numeꝝ est numerabile: ergo oē hmōi ɔtingit trāsiri Si igit aliquis numerus siue separatus siue i sensibilibus ɔñs sit īfinitus: sequet q possibile sit trāsire īfinitū: qd est impossibile. ¶ Attēdendum aūt q iste rōnes pbabi les: sunt pcedētes ex his q̄ cōiter dñr: nō aūt ex necessi tate ɔcludūt: quia qui poneret aliqd corpus esse īfinitū nō ɔcederet q de rōne corpis esset termiari supficie: ni si forte scdm potētiā: quāuis hoc sit probabile ꝛ famo sum. Silr q̄ diceret aliquā multitudinem esse īfinitā: nō diceret eā esse numeꝝ vel numeꝝ habere. Addit.n. nu merus sup multitudinē rōne mensuratiōis. est.n. numer⁹ multitudo mensurata p vnū: vt dr in.10.meta. ꝛ ppter hoc numerus ponit spēs quātitatis discrete: nō āt mul titudo: sed est de trāscendētibus. ¶ Secūdo ibi.

(margin: explicit ratione prima; solu. pᵉ.; ad 2ᵐ; Lec. 9. T.c.21.)

T.c.42 ¶ Physice aūt magis ɔsiderantibus ex his ma nifestuȝ erit. Neqȝ.n. ɔpositū possibile est esse īfinituȝ neqȝ simplex. Cōpositū qdē igit nō erit īfinitū corpus si finita elementa sunt multitudi ne. Necesse ē.n. plura esse ꝛ equare cōtraria sp: ꝛ nō esse vnū ipsoꝝ īfinitū. Si nāqȝ q̄tūcunqȝ deficiat q̄ in vnoquoqȝ corpe ē potētia a poten tia alteri⁹: vt si ignis finitus sit: aer āt īfinit⁹. Est autē equalis ignis equali aeri i potentia q̄tum cūqȝ duplicatus: solū āt nūeꝝ q̄ndā habēs: tūc manifestuȝ q infinitū excellit ꝛ corrūpit finitū.

T.c.43 ¶ Unūqdqȝ āt īfinitū eē ipoīe ē: corp⁹.n. ē pe nit⁹ hñs dimensionē. Infinitū āt idetermiate di

T.c.44. stans ē. Quare īfinituȝ corp⁹ vbiqȝ distans erit ī īfinituȝ. At vo neqȝ vnū cōuenit īfinitū corp⁹ esse ꝛ simplex: neqȝ sicut dicunt qdam: q extra elementa ē ex quo alia generantur: neqȝ simpli citer. Sunt.n. qdam q hoc faciunt īfinitum: sed non aerem: aut aquam: quatinus non alia cor rumpantur ab īfinito. Habent.n. adiuicem con trarietatem: vt aer qdem hūidus: aqua āt frigi da: ignis vo calidus: quoꝝ si esset vnū īfinitum corrumperentur vtiqȝ iam alia. Nunc autez di cunt alteꝝ esse: ex quo hec sunt. ¶ Impossibile

est autem esse aliquod corpus hmōi īfinitum. T.c.45 De hoc.n. commune qddam dōm est. ꝛ de om ni similr ꝛ aere ꝛ aqua ꝛ quolȝ. Sed pzio dōm q nō est huiusmodi corpus sensibile extra nota ta elementa. Omne nāqȝ ex quo ē ꝛ resoluitur ī hoc. Quare esset vtiqȝ hoc corpus pzeter aerē T.c.46 ꝛ ignem ꝛ terram ꝛ aquā: vr autem nullum hu iusmodi. ¶ Neqȝ igr ignem neqȝ aliorū elemē torum nullum contingit īfinitum esse aliquod. Omino.n. ꝛ pzeter id qd īfinituȝ sit aliquod ipso rum: impossibile esse: si tamen infinitum sit: aut esse: aut fieri vnum aliquod ipsorum: sicut dicit Heraclitus omnia fieri aliquando ignem.

¶ Eadem autez ratio est ꝛ de vno ꝛ de alio qd T.c.47 faciunt extra elementa physici. Omne nanqȝ mutatur ex contrario in contrarium: vt ex cali do in frigidum.

¶ Inducit ratiōes naturales ad oñdēdum q nō sit cor pus īfinitū in actu. Circa quas ɔsiderādum est: q q: aꝛ. nōdum pbauerat corpus celeste eē alteri⁹ eētie a q̄tuor elemētis: opio aūt cōis suo tpe fuerat q essȝ de nā q̄tu or elemētoꝝ: pcedit i his rōnib⁹ ac si nō esset aliud cor pus sensibile extra quatuor elemēta: fm suā ɔsuetudinē q: semp añquā pbet id qd est sue opionis: pcedit ex sup positiōe opionis alioꝝ cōis. Uñ postq̄ pbauit in pmo libro de celo ꝛ mūdo celum eē alterius nāe ab elemētis: ad vitatis certitudinē iterat ɔsideratiōem de īfinito: oñ dēs vniuersaliter q nullum corpus sensibile est īfinituȝ. Hic aūt primo oñdit q nō sit corpus sensibile īfinitum. supposito q sint elemēta finita multitudie. Scdo oñdit idem vlr ibi. Oportet autem ꝛ de omni. Dicit ergo pzio q procedēdo naturalr.i.ex pncipijs scie naturalis. ma gis ꝛ certius cōsiderari poterit q nō sit corpus sensibile īfinitum ex his que dicent. Omne.n. corpus sensibile aut est simplex aut compositū. Pmo ergo oñdit q nō sit cor pus sensibile compositum īfinitū. supposito q sint elemē ta finita fm multitudinem. nō enim potest esse q vnum ipsoꝝ sit īfinitū ꝛ alia finita: q: ad cōpositiōem alicuius corporis mixti requirit q sint plura elementa. ꝛ q ɔ̄ria aliquo mō adequent: alias cōpositio permanere n̄ pos set: q: illud qd eēt oino potēti⁹ destrueret alia: cū elemē ta sint ɔ̄ria. Si autē vnū elemētoꝝ esset īfinitum: nulla equalitas esset alijs finitis exñtibus: q: īfinitum impro portiōabilr excedit finitum. Nō ergo hoc potest esse q vnū tm̄ coꝝ queveniūt i mixtiōem sit īfīm. ¶ Possȝ au tē aliqs dicere q illud īfinitum eēt debilis virtutis i agē do. ꝛ ideo nō potest vicere alia.s. finita que sūt fortioris virtutis: vtpote si īfinit⁹ sit aer ꝛ finitus ignis. ¶ Et io ad hoc remouēdum dicit q quātūcūqȝ potētia vni⁹ cor poris quod ponitur īfinitum deficiat a potētia alterius corporis qd ponit finitū: vtpote si ignis sit finitus ꝛ aer īfinitus: necesse ē tm̄ dicere: q aer quātūcūqȝ duplicatus .i. fm aliquē numeꝝ multiplicat⁹ sit equalis igni in potē tia. Si.n. potētia ignis esset cētuplo maior q̄ pō aeris eiusdem quātitatis: si aer cētuplet fm quātitatē: erit eq̄ lis ei in potētia. ꝛ tamē aer cētuplatus est multiplicatus fm aliquem numerum determiatum: ꝛ vicit a pō aeris īfiniti. vñ maīfestum est q etiam potētia ignis vinceret a potētia aeris īfiniti. ꝛ sic infinitum excellit ꝛ corrum pit finitum: q̄tūcūqȝ potētioris nature videat. Simil

(margin: Nobile; l.3.ꝛ.4. T.c.13.; ꝫ.mixtū; Rñsio.; replica)

te mouet: vel vbi quiescat: qz quālibet partem loci infiniti occupabit aliqd corp9 sibi cōnatū.i.eiusdem speciei.nū-quid igit pōt dici q vna gleba moueat ad hoc q contineat.i.q occupet successiue totū locū infinitū.sicut sol mouet vt sit in qlibet pte zodiaci.ꝛ quō poterit hoc eē vt vna gleba terre pertranseat per omnes partes infiniti loci. Nihil aūt mouet ad impossibile. Si igit impossibile est q gleba moueat ad occupādum totū locū infinitum: vbi erit quies eius ꝛ vbi motus eius: aut.n.opz q semp qescat: ꝛ sic nunq̄ moueat: aut q sp moueat: ꝛ sic nūq̄ quiescat. Si aūt det alia pars diuisiōis.s.q corpus īfinitum habeat partes dissimiles sm spēm: sequit etiā q dissimilia sint loca diuersarum partiū.alius est.n.locus nālis aque: ꝛ alius terre.sz ex hac positōe sequit primo q corpus totius īfiniti nō sit vnum simpliciter: sed sm quid.s.sm ꝯtactū.ꝛ sic nō erit vnū corpus infinitū vt ponebat. ¶ Et qz posset aliquis nō reputare hoc inconueniēs: subiūgit aliā rōnē cōtra hoc: ꝛ dicit: q si totū infinitum componit ex dissimilib9 partib9: necesse est q hmōi ptes dissimiles sz spēm: aut sint spēꝝ finitaꝝ aut īfinitaꝝ sz numeꝝ. Nō aūt pōt eē q sint finitaꝝ spēꝝ: qz oportebit si totum est īfinitum: q quedā sint finita sz qntitatem.ꝛ q̄dam īfinita: aliter enim ex finitis numero non posset componi īfinitum. hoc autem ponere: sequit q illa que sunt infinita corrumpant alia propter cōtrarietatem. vt prius dictum est in precedēti rōne.ꝛ ideo est nullus antiquoꝝ nālium philosophoꝝ vnum pn^m qd dixit esse īfinitum posuit ignem vel terram que sūt extrema: sed magis aquam vel aerem vel aliqd mediū: qz loca istoꝝ erāt manifesta ꝛ determinata.s.sursum ꝛ deorsum: nō sic aūt est de aliis: sed terra est deorsum respectu coꝝ: ꝛ ignis sursum. Si vo aliquis accipiat aliam partē s.q corpora partialia sint infinita scdm spēm: sequit q loca sint etiam īfinita scdm spēm: ꝛ q elemēta sint infinita. Si aūt hoc est impossibile: q elemēta sint īfinita: vt in pmo probatum est.ꝛ q loca ēt que sunt īfinita.cū nō sit possibile inuenire infinitas spēs locoꝝ: necesse est q totum corpus sit finitum.ꝛ qz concluserat ex infinitate corpoꝝ infinitatem locoꝝ: subiungit q impossibile est: nō ꝯparare corp9 ad locū: qz nō pōt eē q sit loc9 maior q̄ ꝯtingit eē corp9: neqz corp9 pōt eē infinitū: si locus nō est īfinitus: ꝛ neqz corp9 pōt eē mai9 q̄ loc9 quocūqz mō: qz si locus sit maior q̄ corpus: sequit q sit vacuū alicubi: aut si corpus sit mai9 q̄ locus: sequit q aliq̄ pars corporis non sit in aliquo loco. ¶ Tertio ibi.

Lec.xi. T.c.50. t.51.

T.c.50. ¶ Anaxagoras autem īconuenienter dicit de infiniti mansione. Fulcire enim ipsum seipsum dicit infinitum. Hoc autem est: quia in seipso est. Aliud enim continet nihil.

¶ Excludit quēdam errorē.ꝛ pmo ponit ipm ꝛ dicit q Anax. dixit īfinitū qescere. Sed īcōuenientēr assignauit rōnem quietis eius. dixit enim q fulcit.i.sustētat īfinitū seipsum: qz est in se ꝛ nō in alio: cum nihil ipm ꝯtineat: ꝛ sic nō possit extra se moueri. ¶ Secundo ibi.

T.c.51. ¶ Tamq̄z vbi vtiqz aliquid sit aptum natum sit ibi esse. Hoc aūt non verum est. Erit.n.aliquid alicubi: ꝛ non ibi aptum natum est esse. Si igit qz maxime non mouetur totum: in seipso nāqz fulcitur.ꝛ in seipso est: imobile esse necesse est. Sed quare non aptum natum sit moueri dicendum est: non enim sufficiens est sic dicentez euadere. Erit enim vtiqz ꝛ quodlibet aliud nō motum: sed aptum natum esse nihil prohibet: qm̄ ꝛ terra non fertur: neqz si infinita esset ferret coercita tamen a medio. Sed non qz nō est aliud vbi mutat manebit in medio: sed non mouebit: qz nō apta nata est sic: sed tamē licebit vtiqz dicere: qa fulcit seipsaz. Si ergo neqz in terra hec causa est cum sit infinita: sed qz grauitatem habet: graue aūt manet in medio: similiter ꝛ infinitum manet vtiqz in seipso propter q̄zdam aliaz cām: sz nō qz īfinitū est.ꝛ fulcit ipsum seipsum.

¶ Improbat duab9 rōnib9 qd dictū est. quaꝝ pma est q Anax. sic rationē assignauit de quiete īfiniti: ac si vbi aliquid sit: ibi natum sit eē: qz ex hac sola rōne dixit īfinitū qescere: qz ē in seipso. Sz hō nō ē veꝝ q vbi aliqd ē.ibi semp aptū natū sit eē: qz aliqd ē alicubi p violētiā: ꝛ nō nālr. q̄uis igit hoc maxime veꝝ sit q totū īfinitū nō mouet qz sustētat ꝛ manet in seipso: ꝛ sic est imobile. sed tn̄ dicēdum erat: q̄re non est aptum natum moueri. Nō e.n.pōt aliqs euadere sic dicēs q nō mouet īfinitū: qz eadē rōne: ꝛ de quocūqz alio nihil phibet q nō moueat: sed sit aptum natū moueri: qz ꝛ si terra eēt īfinita: sicut nūc nō fertur: qn̄ est in medio: ita ꝛ tūc nō ferret quātū ad ptē q̄ esset in medio: sz hō nō eēt qz nō hēret aliqd aliud vbi sustētaret nisi in medio: sz qz nō hz aptitudinē nālē vt a medio moueatur. Si g ita est in terra q nō ē cā q̄re qescat in medio: qz est īfinita sed qz grauitatē hz ex qua nata est manere in medio: silr de quocūqz alio īfinito assignāda est cā quare quiescat: ꝛ nō qz est īfinitum: vel qz fulcit seipsum. ¶ Aliam autem ratiōem ponit ibi.

T.c.52. dup'ici ratione prima

¶ Similiter autem manifestum q ꝛ si sit: quelibet pars indigebit manere. Sicut enim infinitū in seipso manet se fulciens: sic ꝛ si quelibet pars accipiatur: in seipsa manebit. Totius enī ꝛ partis similes loci sunt: sicut terre ꝛ glebe deorsuz. ꝛ omnis ignis ꝛ scintille sursum. Quare si infiniti locus quod in seipso ꝛ idem partis: manebit ergo in seipso. scda

¶ Et dicit q si totū īfi^m qescit qz manet ī seipso. sequit q qlibet ps ex necessitate qescat pp hō q manet ī seipsa. Idē .n.ē loc9 toti9 ꝛ ptis: vt dcm̄ ē: vt ignis ꝛ scītille ꝛ terre: ꝛ glebe. Si g toti9 īfiniti loc9 ē ipsūmet sequet q qlibz ps īfiniti mācat ī seipsa sic ī ꝓpo loco. ¶ 2^am rōnē pōit ibi.

¶ Omnino autem manifestum est q impossibile est simul dicere infinitum corpus: ꝛ locum quendam corporibus esse si omne corpus sensibile: aut grauitatem habet: aut leuitatē: ꝛ si graue quidem in medium natura habet ferri: si vero leue sursum. necesse enim ꝛ infinituz corpus. Impossibile autem aut omne vtrūlibet: aut medium vtrunqz sustinere. Quomodo enim diuides. aut quomodo infiniti erit hoc quidem sursum: illud aūt deorsum. aut vltimū. aut mediuz. T.c.53. scda rō pncipal.

¶ Et dicit q omnino manifestū est q ipossibile est dicere eē īfinitū corp9 in actu: ꝛ q cuiuslz corporis est aliqs locus si omne corpus sensibile: aut habet grauitatē aut leuitatem: sicut antiqui dixerunt ponentes infinitum: qz si sit corpus graue opz q naturaliter feratur ad mediū. Si autem sit leue necesse est q feratur sursum. si ergo

sit aliqͦ infinitum corpus sensibile: necesse est ꝙ etiaʒ in corpore infinito sit sursum ⁊ mediuʒ. Sʒ impossibile est ꝙ totum infinitū sustineat in se vtrumlibet hoꝝ. s. sursū ⁊ mediū: vel ꝙ ēt sustineat vtrūqʒ ẜm diuersas medietates. quō. n. infinitum poterit diuidi vt vna pars eiꝰ sit sursum: ⁊ alia deorsum: vel ꝙ in ifinito sit vltimū ⁊ meᵐ nō est igiť corpꝰ sensibile ifinitū. ¶ Tertiā rōnē ponit ibi.

T.c.54 ¶ Amplius omne corpus sensibile in loco est. Loci autem species ⁊ differentie sursum ⁊ deorsum ante ⁊ retro: dextrorsum ⁊ sinistrorsum: ⁊ hec non solum ad nos ⁊ positiões sunt: sed in ipso toto determinata sunt. Impossibile autem in infinito hoc esse.

¶ Et dicit ꝙ omne corpus sensibile est in loco. Differentie aūt loci sunt sex: sursum deorsuʒ: ante ⁊ retro. dextrorsum: ⁊ sinistrorsum: que quidem sūt determinata non solum quo ad nos: sed etiā in ipso toto vniuerso. determinanť. n. ẜm se hmōi positiones in qbꝰ sunt determinata principia ⁊ termini motus. vñ inanimatis determinanť sursum ⁊ deorsum ẜm motum alimenti: ante ⁊ retro ẜʒ motum sensus. dextrorsum ⁊ sinistrorsum scđm motum processiuum: cuiꝰ principium est a parte dextra. in rebus autem inaiatis in qbus non sunt principia determinata hoꝝ motuū dr̃ dextrorsum ⁊ sinistrorsum per cōparationem ad nos. dr̃. n. colūna dextra que est ad dextram hominis: ⁊ sinistra que est ad sinistram: sed in toto vniuerso determinať sursum ⁊ deorsum scđm motum grauium. ⁊ leuium: ẜm autem motum celi determinať dextrum oriens: sinistrum occidens. ante vero hemisperiuʒ superius: retro vero hemisperium inferius: sursum vero meridies: deorsum vero septētrio. Hec aūt non pñt determinari in corpe infinito. Impossibile est ergo totum vniuersum esse infinitum. ¶ Quartam rōnē ponit ibi.

T.c.55. ¶ Simpliciter autem si impossibile est locum esse infinitum: in loco autem omne corpus est: impossibile est infinitum esse aliquod corpus. At vero quod alicubi est ⁊ in loco est. ⁊ quod in loco est: alicubi est. Si igitur neqʒ quantitatē possibile est infinita esse: quantum enim aliquid erit vt bicubitum aut tricubitum. hec enim signāt quantum: sic in loco quia alicubi: hoc est auteʒ aut sursum aut deorsum aut in aliqua alia distātia: que sunt sex. Horum autem vnumquodqʒ terminus aliquis est.

¶ Et dicit ꝙ si impossibile est esse locum infinitum cum omne corpus sit in loco: sequiť ꝙ impossibile sit esse aliquod corpus infinitum. sed ꝙ impossibile sit esse locum infinitum sic probat: qꝛ hec duo conuertunť esse in loco ⁊ esse in aliquo loco: sicut ⁊ esse hominēʒ: ⁊ esse aliqueʒ hominem: ⁊ esse q̄ntitatem ⁊ esse aliquā q̄titateʒ. Sicut igitur ipossibile est esse q̄titatem infinitam: qꝛ sequereť aliquam quantitatem esse infinitam: vt bicubitū ⁊ tricubitum: qđ est ipossibile: ita ipossibile est esse locū infinitum: qꝛ sequereť aliquē locū infinitū esse vel sursum vel deorsum ⁊ hmōi: qđ est impossibile: cū qđlibʒ coꝝ significet quēdam terminū: vt dictum est. sic ergo nullum corpus sensibile est infinitum. Lectio. IX.

T.c.56. Quod quidē igitur actu corpus non q sit infinitum manifestum ex his. Quot autem si nō sit infinitum multa impossibilia accidant: manifestum est: temporis enim erit quoddam principium ⁊ finis: ⁊ magnitudines non diuisibiles in magnitudines: ⁊ numerus non erit infinitus. Cum autem determinatur sic neutro modo videtur contingere: ob hoc videlicet est manifestum ꝙ sic quidem est: sic autem non.

¶ Postq̄ phs disputatiue ꝑcessit de infinito: hic incipit determinare vitatem. ⁊ ꝑmo oñdit an sit ifinitum. scđo quid sit ibi. Accidit aūt ꝯtrium. Prima diuidiť in duas. in ꝑma oñdit quō infinitū sit. in scđa cōparat ifinita ad inuicē: ibi. Aliter aūt in tpe. Circa ꝑmum tria facit. pͥmo ostendit ꝙ infinitum quodammodo est ⁊ quodamodo nō est. scđo determinat ꝙ est in potētia: ⁊ nō est sicut actu ens. ibi. Dr̃ qͥdem igiť. Tertio manifestat quō sit in potētia: ibi. Nō oʒ aūt potentia ens. Dicit ergo ꝑmo ꝙ ex premissis manifestū est ꝙ nō sit aliqͦ corpus ifinituʒ in actu. Idem ex his que ante dicta sunt manifestum est ꝙ si infinitum simplr̃ non sit ꝙ multa impossibilia accidūt quoꝝ vnū est ꝙ tempus habebit ꝑncipium ⁊ fineʒ: qđ reputatur inconueniens scđm ponentes eternitatem mundi: ⁊ iterum sequeť ꝙ magnitudo non semper sit diuisibilis in magnitudines: sed qñqʒ deueniatur per diuisionem magnitudinum ad qͣdam que non sunt magnitudines. Sed omnis magnitudo est diuisibilis. Itē sequeť ꝙ numerus non augeať in infinitum. qꝛ igitur ẜm determinata neutꝝ videtur contingere: neqʒ. s. ꝙ infinitum sit actu neqʒ ꝙ simpliciter non sit necesse ē dicere ꝙ quodāmodo est quodāmodo non est. ¶ Secundo ibi.

¶ Dicitur igitur esse aliud quidem potentia: aliud vero actu. Et infinitum est quidem appositione: est autem ⁊ ablatione: magnitudo autem quod quidem actu non sit infinita: dictum est: diuisione autem est. Non enim difficile destruere indiuisibiles lineas. ¶ Relinquitur igitur potentia esse infinitum. T.c.57.

¶ Ostendit ꝙ ifinitum est sicut potētia ens. ⁊ dicit ꝙ aliquid dr̃ esse in actu: ⁊ aliquid dr̃ esse in potentia: infinitum aūt dr̃ esse per appositionem: sicut in numeris: vel per ablationem sicut in magnitudinibus. ostensuʒ est. n. ꝙ magnitudo non est actu infinita: ⁊ sic in magnitudinibus per appositionem infinitum non inuenitur: sed ꝑ diuisionem in eis inueniť infinitum. Nō. n. est difficile destruere opinionem ponētium idiuisibiles esse lineas: vel ẜm aliam litteram. non est difficile partiri atomas lineas. i. ostendere lineas quas quidam ponunt idiuisibiles esse partibiles. dr̃ autem ifinitū in appositiōe vel diuisione ẜm ꝙ potest apponi vel diuidi. Relinquiť igiť ꝙ ifinitum sit tāquam in potētia ens. ¶ Tertio ibi.

¶ Non oportet autem potentia ens accipere: sicut si possibile sit hoc statuā eē esse: quod ⁊ erit hec statua: sic ⁊ infinitū: qđ erit actu. Sed quoniam multipliciter est esse quemadmoduʒ dicis ⁊ agon in semper aliud ⁊ aliud fieri: sic ⁊ infinitum est. Et nāqʒ in his est ⁊ potentia ⁊ actu. Olympia enim sunt ⁊ in posse agonem fieri: ⁊ in eo quod fit.

¶ Ostendit quomodo infinitum sit in potentia: duplr̃. n. inuenitur aliquid in potētia: vno modo sic ꝙ totum pōt

reduci i actum: sicut possibile est hoc es esse statuam: qd aliquado erit statua: nō aūt sic dicit esse infinitū in potētia. Alio mō aliqd dr i potētia eē: qd postea fit actu ens: nō qdē totum simul: sz successiue. Multiplr.n.dicitur aliquid esse: vel qz totū est simul: vt hō ⁊ dom⁹: vel qz semp vna pars ei⁹ fit post aliā: per quē modū dicit esse dies ⁊ ludus agonalis. ⁊ hoc mō dr infinitū esse simul ⁊ in potētia ⁊ in actu. oia.n. hmōi sil sunt in potētia: q̄tuz ad vnā partē: ⁊ actu q̄tuz ad aliam. olympia.n.i. festa agonalia que celebrabant in monte olympo dicunt esse ⁊ durare sz agones vel posse fieri in actu: qz quādiu durabant ista festa: aliqua pars illoꝝ ludoꝝ erat in fieri: ⁊ aliq̄ erat vt in futurum fienda. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aliter autem ⁊ in tempore manifestum qd infinitum ⁊ in hoibus ⁊ diuisione magnitudinum.

¶ Cōparat diuersa ifinita adinuicē. ⁊ pmo ɔparat infinitum tēporis ⁊ gnōnis ifinito qd est in magnitudinib⁹. 2° cōparat ifinitū fm appositionē: ⁊ infinitū fm diuisionez in magnitudinib⁹ ibi. [Qz aūt fz appositionē.] Circa pmū tria fac. p° pponit qd intendit: ⁊ dicit q aliter manifestat infinitū in generatione hoium ⁊ in tempore: ⁊ aliter in diuisione magnitudinū. ¶ Secundo ibi.

¶ Omnino quidem enim sic ē infinitum in semp
Te.58. aliud ⁊ aliud accipiendo: ⁊ acceptū qdem semper esse finitū: sed semp alterum ⁊ alteꝝ. ¶ Quare infinitum non oportet accipere sicut hoc aliquid: vt hominem aut domuz: sed sicut dies dicitur ⁊ agon: quibus esse non sicut substantia quedam facta est: sed semper in generatione aut corruptione finitum: sed semper alterum ⁊ alteruz.

¶ Ostendit qd sit cōe oibus ifinitis. ⁊ dicit q hoc oino ⁊ vlr in oibus ifinitis inuenit: q ifinitum est in semp aliud ⁊ aliud accipiendo: fm quandā successionē: ita tn̄ q quicquid accipit in actu de infinito totū sit finitū: vn̄ nō opz accipere q infinitū sit aliquid totū simul exn̄s: sicut hoc aliqd demonstratū: sicut accipimus hoiem vel domum: sed sicut sūt successiua: vt dies ⁊ ludus agonalis: quorum eē nō est hoc mō: q aliqd eoꝝ sit sicut q̄dā sub̄a pfecta tota actu exn̄s. In gnōne aūt ⁊ corruptiōe ⁊ si in ifinitū pcedat semp illud qd accipit in actu est finitum. In toto eni decursu gnōnis etiā si pcedat in infinitū: ⁊ oēs hoies q simul accipiunt sunt finiti fm numerū: ⁊ hmōi finitum opz accipere alterum ⁊ alterum: fm q quidaz homines succedunt quibusdaz. ¶ Tertio ibi.

¶ Sed in magnitudinibus quidem permanente accepto hoc accidit: in hominibus autez ⁊ tempore corruptis sic vt non sit deficere.

¶ Ondit diiam ⁊ dicit q illō finitū qd accipimus in magnitudinib⁹ vel apponēdo vel diuidēdo permanet ⁊ nō corrūpit. Sz illa finita q̄ accipiunt in ifinito dcursu tpis
Te.59. ⁊ gnōnis hūanc corrūpunt: ita q per istū modū nō ɔtingit tempus ⁊ gnōnē deficere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod autē fm appositionē idē quodāmō ē ⁊ quod est fz diuisionē. Infinitū.n. scdm appositionem fit econtrario. scdz q.n. diuisum vr in infinitum: sic appositū videbitur ad determinatū. Infinita eniz magnitudine sic accipiens aliquis determinatum accepiet eadē ratione, non eandez aliquaz magnitudinē rōne accipiēs nō transibit finitum. Si ergo sic augmentet vt semp eandem aliquam sit accipere magnitudinē transibit finitum. ppter id qd oē finitū remouetur quolibz finito. Aliter quidē igit nō est. sic aūt est infinitum potētia ⁊ diuisione. Et actu aūt est sicut diē esse dicimus ⁊ agonē. ⁊ potētia sic sicut mām: ⁊ nō p
se sicut finituz. Et scdm appositionē igitur sic infinitum potentia est: quod idem dicimus quodāmodo esse ei quod est scdm diuisionē. Semper quidem enim aliquid ipsius extra est accipere. Te.60.

¶ Cōparat duo infinita q̄ sunt in magnitudinib⁹.i. fz appositionē ⁊ fm diuisionē. Et circa hoc tria fac. pmo ponit ɔuenictiā inter vtrūq3 infinitū. 2° ostendit diiam ibi. [Nō tn̄ excellit.] 3° infert qndā ɔnē ex dictis ibi. [Quare neq3 est excellere.] Dicit g pmo. q quodāmō ifinitū p appositionē est idē cū ifinito fm diuisionem: qz infinituz fz appositionē fit ecōuerso idē cū infinito fz diuisionē. fm.n. q aliqd diuidit in infinitū: fm hoc in infinitū videtur posse apponi ad aliquā determinatā q̄titatē. Manifestat igit quo fit in infinitū diuisio in magnitudine. ⁊ dicit q si aliquis in aliqua magnitudine finita accepta aliqua parte determinata per diuisionem: semper accipiat diuidendo alias partes: scdz candē rōnē.i. pporttionē: sz nō fm candē q̄titatem in cadē pportione: nō pertransibit diuidendo illud finitum. puta si a linea cubitali accipiat medietatē: ⁊ iterum a residuo medietatē: ⁊ sic in infinitū pcedere pōt. Seruabit.n. in subtrahendo eadem pportio: sed non cadē q̄titas subtracti. minus est eni fm q̄titatē dimidiū dimidij: q dimidiū totius: sed si semper sumeret candē q̄titatez: oporteret q semper magis ac magis augeret pportio puta si a quantitate.x. cubitoꝝ subtrabatur vnus cubitus: subtractū se hz ad totū in subdecupla portione. Si aūt iterū a residuo subtrabat vnus cubitus subtractū se habebit in maiori proportione. minus enim vnus cubitus exceditur a.ix. q̄ a.x. sicut igitur seruando eandem proportionem diminuit q̄titas: ita sumēdo candē q̄titatē auget pportio. Si ergo aliqs subtrahendo ab aliqua magnitudine finita semp augeat pportionē sumēdo cādē q̄titatē transibit magnitudinē finitam diuidendo. puta si a linea centuz cubitoꝝ semper subtrabat vnū cubitū. ⁊ hoc ideo qz oinne finitū ɔsumit quocūq3 finito semp accepto. Aliter igit infinituz nō est fm diuisionē nisi in potentia: quod tn̄ simul est actu cum potētia: sicut dcm̄ est de die ⁊ d agone. ⁊ cū infinitum sit semp in potētia assimilat māe que est semper in potētia: ⁊ nō est per se exn̄s in actu totū: sicut finitum est in actu: ⁊ sicut infinitū fm diuisionem est in potentia cum actu simul. Similiter dicēdum est de infinito fm appositionez: qd quodāmodo est idem cum infinito fm diuisionem: vt dictum est. Inde autē manifestū est q infinitū per appositionem est in potentia: qz semp contingit aliquid aliud accipere apponēdo. ¶ Secūdo ibi.

¶ Nō tn̄ excellit oēz determinatā magnitudinē: sic in disione excellit oē determinatū: ⁊ erit min⁹.

¶ Ostēdit diiam inter ifinitū fm appositionē ⁊ infinituz fm diuisionē: ⁊ dicit q infinitū per appositionē nō excedit in maius omnē magnitudinē finita dataz: sed infinitū fm diuisionē excedit oēm determinatā paruitatē in minus. accipiamus.n. aliquaz determinatā paruitatē. puta vnius digiti si lineam centū cubitorum diuidam in infinitū accipiendo semp dimidiū: venietur ad aliquid minus digito vno: sed apponendo in infinitū ecōtrario disioni

erit dare aliquā q̄titatē finitā: que nunq̄ pertransibitur. dentur eniꝫ due magnitudines. quaꝝ vtraq̄ sit .x. cubitorū: ⁊ tertia que sit .xx. si igit͂ id qḋ subtraho in infinitū accipiendo semp dimidiū ab vna magnitudine .x. cubitoꝝ: addatur alteri: q̄ etiaꝫ est .x. cubitoꝝ: nunq̄ perueniet in īfinitū apponēdo ad mēsurā q̄titatis q̄ est .xx. cubitoꝝ: qꝛ q̄tū remanebit in magnitudine cui subtrahit͂: tm̄ deficiet a mensura data in q̄titate cui addet͂. ¶ Tertio ibi.

¶ Excludit scdam opionē: τ dicit. qbusdam visum est q spera celi eēt tps: p hoc q oia sunt in tpe: τ etiā oia sunt in spera totius: qr celum ptinet oia. vnde pcludere volebant q spera celi esset tempus: i qua qdem rōne duplex erat defectus: qr nō vniuoce dr̄ esse aliqd in tpe τ in loco. Scdo qr argumentabat̄ in scda figura ex duab⁹ affirmatiuis. τ id dicit q ista positio est magis stulta q̄ q oporteat considerare impossibilia que ad ipsam consequent̄. Manifestuз est.n. q omnes partes spere sunt simul: non autem temporis. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.95. ¶ Quoniam autem videtur maxime motus esse τ mutatio quedam tempus hoc considerandū est. Uniuscuiusqз quidem igitur mutatio τ motus in ipso propter alterationem τ augmentum mutatio est solum: aut vbi fortasse est ipsum qd mouetur: τ transmutatur. Tempus autem similiter τ vbiqз τ apud omnia est.

¶ Inquirit qūo se hз tps ad motuз. τ pmo ondit q tps nō est motus. 2° q nō est sine motu. ibi. At vo neqз sine motu τc. Circa pmū ponit duas rōnes ad ostendendū q tps nō sit motus aut mutatio q posset maxime videri: pmo qr ois mot⁹ τ mutatio vel est solū in ipso transmutato: vel etiā in loco vbi est trāsmutatū τ trāsmutās: quoꝝ pmū dr̄ pp motum in substantia τ q̄litate τ q̄titate. Scdm autem dicitur ppter motū in vbi: qui dr̄ mot⁹ in loco: sed tempus est vbiqз τ apud oia. ergo temp⁹ nō est motus. ¶ Scdam rōnem ponit ibi.

T.c.96. ¶ Amplius autem mutatio quidem omnis velocior aut tardior est. Tempus autem non est Tardum autem τ velox tempore determinantur: velox quidem quod in pauco multum mouetur. Tardum autem quod in multo paucuз. Tempus autem non determinat̄ tempore: neqз quo quantum aliquid est: neqз quo quale. T.c.97

¶ Quod quidem igitur non est motus: manifestum est. Nihil autem differat nobis dicere in presenti motum aut mutationem.

¶ Que talis est. ois mutatio τ mot⁹ ē velox aut tardus: sed tempus nō est hmōi. ergo tps nō est motus vel mutatio. Mediā sic pbat. tarduз τ velox determinant̄ ex tpe: qr velox dr̄ qd mouet̄ per multū spacium in pauco tpe: tardum aūt qd ecōuerso per paucū spaciū in multo tempore: sed tempus nō determinat̄ tempore: neqз fm suam quātitatē: neqз fm qualitatē: qr idem nō est mēsura suipsius. ergo tps nō est velox neqз tardus: τ qr ppo fuerat q mutatio est velox aut tarda nō facta mentione de motu: subiungit q quātum ad presens non differt dicere motum aut mutationem. In quinto enim osten- Lec. 2.
detur eorum differentia. ¶ Deinde cum dicit. T.c.7.

¶ At vero neqз sine motu tempus est. Cū enim nihil ipsi mutamur secundum intelligentiaз aut latet transmutantes: non videtur nobis fieri tēpus: sicut neque qui in sardo fabulantur dormire apud heroes: cum expergiscuntur. Copulāt enim nunc primum posteriori nunc: τ vnum faciunt remouentes propter insensibilitatem medium. Tanquam igitur si non esset medium nunc: sed idem τ vnum: non esset tempus. Sic τ quando latet alterum esse: non videtur medium esse tempus. Si igitur non opinari esse tempus tunc accidit nobis cum non diffinimus nec vnam mutationem sed in vno indiuisibili videtur anima manere. Cum autem sentimus τ determinamus: tunc dicimus fieri tempus: manifestum est q non est sine motu neque mutatione tempus. ¶ Quot igitur ne- T.c.9
que motus neque sine motu tempus est manifestum est.

¶ Ostendit q tempus nō est sine motu: quia quādo homines nō mutantur fm suam apprehēsionem: aut si mutantur tamē latet eos: tunc non videtur eis q pertranseat aliquod tempus: sicut patet in his qui in sardo: que est ciuitas asie: dicuntur fabulose dormire apud heroes idest apud deos. animas enim bonorum τ magnoꝝ heroes vocabāt: τ quasi deos vocabāt: vt herculis bacci τ similium. per incantationes enim aliquas aliqui insensibiles reddebantur: quos dicebāt dormire apud heroes: quia excitati quedam miracula se vidisse dicebant: τ futura quedam prenunciabant. tales autem redeuntes non percipiebant tempus quod preterierat: dum ipsi sic absorpti erāt: quia illud instās primum in quo dormire ceperant copulabant posteriori nunc in quo excitabantur: ac si essent vnum. medium enim tempus non percipiebant. Sicut igitur nō esset aliud τ aliud nūc sз ideз: τ vnum nō esset tempus medium: sic τ quando latet diuersitas duorum nūc: non videtur tempus esse mediuз. Si ergo tūc accidit non opinari tempus cum nō perci-

primus aliquam mutationem: sed homini videtur q fit in vno indiuisibili nunc: tunc aut percipimus fieri tempus quando sentimus ⁊ determinamus .i. numeramus motum aut mutationem: manifeste sequitur q tempus non fit sine motu: neqz sine mutatione. Ultimo ergo concludit q tpe non fit mot⁹: nec fit sine motu. Lec. XVII.



Accipiendum autem quoniaz querimus quid sit tempus: hinc incipientibus quid motus est. Simul enim motū sentimus ⁊ tempus. Et nāqz si sint tenebre ⁊ nihil per corpus patiamur motus autez aliquis in anima fit: subito simul videtur fieri quodāmodo tempus. At vero ⁊ cum tempus videtur fieri aliquod simul ⁊ motus aliquis fieri videtur. Quare aut motus: aut motus aliquid est tempus. Quoniam autem non est motus: necesse est motus aliquid esse ipsum.

¶ Postq philosophus disputatiue inquisiuit de tempore: hic incipit determinare veritatem. ⁊ primo determinat veritatem de tempore. scdo mouet quasdam dubitationes circa vitate determinatā: ⁊ soluit eas. ibi. Dignuz aūt. Circa primum duo facit. primo determinat de tempore fm se: scdo per comparationē ad ea que tempore mensurantur. ibi. Quoniaz aūt est tempus ⁊c. Circa primum tria facit. Primo manifestat quid sit tempus. scdo quid sit nunc temporis. ibi. Et sicut motus semper ⁊c. Tertio ex diffinitione motus assignata assignat rōnes eoꝝ que dicuntur de tempore. ibi. Qd quidem igit tempus ⁊c. Circa pmum duo facit. Primo ponit temporis diffinitionem. scdo manifestat eam. ibi. Signum autez. Prima pars diuiditur in tres particulas: fm tres partes diffinitionis temporis quas inuestigat. Secūda pars incipit ibi. Quoniaz aūt qd mouetur ⁊c. Tertia ibi. Determinamus aūt ⁊c. Primo ergo inuestigat hanc particulam q tempus est aliquid motus. Unde dicit: q qn inquirimus quid sit tempus: hinc accipiendum est: vt accipiamus quid motus sit tempus: ⁊ q tempus sit aliqd motus: per hoc manifestum est q simul sentimus motū ⁊ tempus. Cōtingit enim quādoqz q percipimus fluxū temporis: quāuis nullum motum particularem sensibilem sentiamus: vtpote si simus in tenebris: ⁊ sic visu nō sentimus motum alicuius corporis exterioris. ⁊ si nos nō patiamur aliquam alteratione in corporibus nostris ab aliquo exteriori agente: nullum motum corporis sentiemus: ⁊ tñ si fiet aliquis motus in anima nostra: puta fz successionem cogitationum ⁊ imaginationum subito videtur nobis q fiat aliqd tempus. ⁊ sic percipiendo quēcūqz motum percipimus tempus. ⁊ similiter econuerso cum percipimus tempus: simul percipimus motuz. Unde cum non sit ipse motus: vt probatum est: relinquit q
.16.t.c. sit aliquid motus. Habet aūt dubitationez qd hic dicit
s.t.90 de perceptione temporis ⁊ motus. Si enim consequat aliquem motum sensibilem extra animam existentē: sequitur q qui non sentit illuz motū: non sentiat tempus: cuius contrarium hic dicitur. Si aūt tempus consequatur motū anime: sequit q res non comparentur ad tempus nisi mediante anima. ⁊ sic tempus erit non res nature: sed intentio anime: ad modum intentionis generis ⁊ speciei. Si aūt sequatur vniuersaliter omnem motū: sequitur quotquot sunt motus: tot sint tempora: qd est impossibile: qz duo tempora non sunt simul: vt supra habitum est. ¶ Ad huius igitur euidentiam sciendū est q ē vnus primus motus qui est causa omnis alterius mot⁹. vñ qcunqz sunt in esse transmutabili habent hoc ex illo primo motu: qui est motus primi mobilis. Quicūqz aūt percipit quēcūqz motum: siue in rebus sensibilibus existentem: siue in anima: percipit esse transmutabile: ⁊ per ɔñs percipit primū motum quem sequit tempus. vnde quicunqz percipit quemcūqz motū percipit tempus: licz tempus non consequatur nisi vnum primum motum: a quo omnes alij causantur ⁊ mensurantur: ⁊ sic remanet tantum vnum tempus. ¶ Secūdo ibi.

¶ Quoniaz autez quod mouetur: mouetur ex quodaz in quiddaz: ⁊ omnis magnitudo continua est sequitur magnitudinez motus: propter id enim q magnitudo continua est: ⁊ motus cōtinuus erit. Quantum enim motus est: tantum ⁊ tempus videtur fieri. T.c.99.

¶ Inuestigat scdam particulā positā in diffinitione temporis. Supposito .n. q tempus sit aliquid motus consequens .s. ipm: restat inuestigandū fm quid temp⁹ ɔsequatur motū: qz fm prius ⁊ posterius. Circa hoc ergo tria facit. Primo ondit quō in motu inueniat prius ⁊ posterius. Scdo quō prius ⁊ posterius se habeat ad motū. ibi. Est aūt prius ⁊ posterius. Tertio q tempus sequit motum fm prius ⁊ posterius. ibi. At vero ⁊ temp⁹. Circa pmū duo facit. Primo ostēdit q ɔtinuitas est in tpe ex motu ⁊ magnitudine. Scdo q etiā prius ⁊ posteri⁹. ibi. Pri⁹ aūt ⁊ posteri⁹. Dicit ergo pmo. q omne qd mouet mouet ex quodam in quiddam: sed inter alios motus pmus est motus localis: qui est a loco in locū fz aliquam magnitudinē. Primū aūt motū ɔsequit tempus. ⁊ ideo ad inuestigandū de tempore opz accipere motū fm locū: qa ergo motus fm locū est fm magnitudinem ex quodam in qddam: ⁊ omnis magnitudo est ɔtinua: oz q motus consequat magnitudinē in ɔtinuitate: vt qz magnitudo continua est ⁊ motus continu⁹ est: ⁊ per cōsequens tps etiam ɔtinuū est: qz qntus est motus prim⁹: tantū fieri tempus videt. non aūt tempus mēsurat fm qntitatem cuiuscūqz motus: qz tardus mouet fz paucuz spaciū in multo tempore: velox aūt econuerso: sed solū qntitatem primi motus sequet tempus. ¶ Secūdo ibi.

¶ Prius autem ⁊ posterius in loco primum sunt. Hec autem positione sunt determinata. Quoniam autem in magnitudine primum ⁊ vltimum est: necesse est in motu prius ⁊ posterius esse proportionaliter his que sunt ibi. At vero ⁊ in tempore est prius ⁊ posterius propter id quia sequitur semper alterum alterum ipsorum.

¶ Ostēdit etiam q idem ordo cōsiderat in priori ⁊ posteriori. ⁊ dicit. q pri⁹ ⁊ posteri⁹ sūt prius in loco siue in magnitudie. ⁊ hoc ideo qz magnitudo est qntitas positionē habēs. de rōne aūt positionis est prius ⁊ posteri⁹. vnde ex ipsa positione locus habet pus ⁊ posteri⁹: ⁊ qz in magnitudine est prius ⁊ posterius: necesse est q in motu sit prius ⁊ posteri⁹ proportionaliter his: que sunt ibi .s. in magnitudine ⁊ in loco. ⁊ per consequens etiam in tēpore est prius ⁊ posterius: quia motus ⁊ tempus ita se habent: q semper alterum eorum sequitur ad alterum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Est autem prius ⁊ posterius ipsorum in mo-

tu quod equidem ens motus est: tamen esse ipsi us alterum est: ⁊ non est motus.

¶ Ostendit quomodo prius ⁊ posterius se habẽt ad motum: ⁊ dicit q̃ prius ⁊ posterius ipsoꝝ .s. temporis ⁊ motus quantum ad id quod est motus est: tamẽ sm rõnem est alterum a motu ⁊ non est motus. de ratiõe enim motus est q̃ sit actus existentis in potentia: sed q̃ in motu sit prius ⁊ posterius: hoc contingit motui ex ordine partiũ magnitudinis. Sic igitur prius ⁊ posteri⁹ sunt idem subiecto cũ motu: sed differunt ratione. Unde restat inquirẽdũ: cũ tempus sequat motũ: sicut supra ostensum est: vtꝝ sequatur ipsum inquantũ est motus an inquãtũ habet prius ⁊ posterius. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.100 ¶ At vero ⁊ tempus cognoscimus: cum diffinimus motum prius ⁊ posterius determinantes: ⁊ tunc dicimus fieri tempus: quando prioris ⁊ posterioris in motu sensum percipimus.

¶ Ostendit q̃ tempus sequatur motũ rõne prioris ⁊ posterioris. propter hoc enim est ostensũ q̃ tempus sequitur motum: q̃ simul cognoscimus tempus ⁊ motũ: sm illud ergo tempus sequitur motũ: quo cognito in motu cognoscitur tempus. sed tũc cognoscimus tempus cum distinguimus determinando prius ⁊ posteri⁹: ⁊ tũc dicimus fieri tempus qñ accipimus sensum prioris ⁊ posterioris in motu. Relinquit ergo q̃ tempus sequit motũ sm prius ⁊ posterius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Determinamus autem in accipiendo aliud: ⁊ aliud ipsum: ⁊ medium ipsorũ alterũ. Cũ enim altera extrema medij intelligimus: ⁊ duo dicat anima ipsa nunc: hoc quidem prius: illud vero posterius: tunc ⁊ hoc dicimus esse tempus: determinatũ enim ipso nunc tempus esse videtur

T.c.101. ⁊ supponat. ¶ Quando qdem igit tanq̃ vnũ ipsum nunc sentimus: ⁊ non sit sicut prius ⁊ posterius in motu: aut vt idem quidem prioris ⁊ posterioris alicuius: non videtur tempus fieri nullumq̃ neq̃ motus. Cum autẽ prius ⁊ posterius est: tunc dicimus tempus. Hoc enim est tempus. Numerus motus sm prius ⁊ posterius. Non ergo motus tempus est: sed sm quod numerum habet motus.

¶ Ostendit quid motus tẽpus sit: quia numerus motus: ⁊ hoc etiam ostendit eodem medio .s. per cognitionẽ temporis ⁊ motus. Manifestũ est enim q̃ tũc esse tempus determinamus: cum accipimus in motu aliud ⁊ aliud: ⁊ accipimus aliquid mediũ inter ea. Cũ enim intelligimus extrema diuersa alicui⁹ medij: ⁊ anima dicat illa eẽ duo: hoc pri⁹: illud posteri⁹ quasi numerando prius ⁊ posterius in motu: tũc hoc dicim⁹ esse tempus. Tempus enim determinari videt ipso nũc. ⁊ hoc supponat ad presens: q̃ postea erit magis manifestũ. Qñ igit sentimus vnum

Lec.18. nũc ⁊ non discernimus in motu prius ⁊ posteri⁹: vel qñ

T.c.105 discernimus in motu prius ⁊ posteri⁹: sed accipimus idẽ nũc vt finem prioris ⁊ principium posterioris: non fieri videtur tempus: q̃ neq̃ est motus: sed cũ accipimus prius ⁊ posteri⁹ ⁊ numeramus ea: tũc dicimus fieri tẽpus. ⁊ hoc ideo quia tempus nihil aliud est q̃ numerus mot⁹ sm prius ⁊ posterius. tps .n. percipimus: vt dictũ est: cũ numeramus prius ⁊ posterius in motu. Manifestũ est ergo q̃ tempus non est motus: sed sequit motum sm q̃ numerat. vnde est numerus motus. ¶ Siquis aũt obijciat contra predictam diffõnem q̃ prius ⁊ posteri⁹ tpe determinant: ⁊ sic diffinitio est circularis. Dicendũ ẽ: q̃ prius ⁊ posteri⁹ ponunt in diffõne temporis sm q̃ cãnt in motu ex magnitudine: ⁊ nõ sz q̃ mensurat ex tempore. ⁊ ideo supra Aristo. ostendit q̃ prius ⁊ posterius: prius sũt in magnitudine q̃ in motu: ⁊ in motu q̃ in tpe: vt hec obiectio excludat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Signum est autem: plus quidem enim ⁊ minus iudicamus numero. Motum autẽ in plurem ⁊ minorem tempore. Numerus itaq̃ quidem tempus est. T.c.10?

¶ Manifestat predictã diffõnem dupl'r. Primo qdem quodam signo. Id .n. quo aliqd iudicamus plus ⁊ min⁹ est numerus eius: sed motũ iudicamus plurẽ ⁊ minorẽ tpe. tps igitur est numerus. ¶ Secundo ibi.

¶ Quoniam autem numerus est dupliciter: ⁊ namque quod numeratur ⁊ numerabilem numerum dicimus: ⁊ quo numeramus: tempus autem est quod numeratur: ⁊ non quo numeramus. Est autem alterum quo numeramus. ⁊ quod numeratur.

¶ Manifestat qd̃ dictũ est per distinctionẽ numeri. ⁊ dicit q̃ numer⁹ dr̃ dupl'r. Uno modo id qd̃ numerat actu: vel qd̃ est numerabile: vt pote cũ dicimus decem homines vel decem equos: qui dr̃ numerus numeratus: q̃ est numerus applicatus rebus numeratis. Alio modo dicitur numerus quo numeramus .i. ipse numerus absolute acceptus: vt duo tria quatuor. Tps aũt non est numerus quo numeramus: q̃ sic sequeret q̃ numerus cuiuslibet rei esset tps: sed est qd̃ numerat: q̃ ipse numer⁹ prioris ⁊ posterioris in motu tempus dicitur: vel etiam ipsa que sunt prius ⁊ posterius numerata. ⁊ ideo lz numerus sit quantitas discreta: tempus tamen est quantitas continua: propter rem numeratam: sicut decem mẽsure panni quoddam continuum est: quãuis denarius numerus sit quãtitas discreta. Lectio. XVIII.



T sicut motus semper aliud. sic ⁊ tẽpus. Quot autem simul omne tempus idem est. Ipsum enim nunc idem est quod quidem erat. Esse autem ipsi alterum est. T.c.103

¶ Postq̃ phs ostendit quid est tempus: hic determinat de nunc. ⁊ primo ostendit vtrum sit idem nũc in toto tẽpore: vel aliud ⁊ aliud: quod supra in dubitatione positum fuit. Secũdo ex hoc vlterius assignat rationem eorum que dicuntur de nũc. ibi. Manifestum autem ẽ ⁊c. Tria facit circa primum. Primo proponit q̃ nũc quodammodo est idem ⁊ quodammodo non est idem. Secũdo exponit quod dixerat. ibi. Ipsum autem nũc. Tertio probat ibi. Sequit enim sicut dictũ est. Dicit ergo. q̃ cum tempus sit numerus motus: sicut partes motus sunt semper alie ⁊ alie: ita ⁊ partes temporis: sed illud qd̃ simul existit de toto tempore est idem .s. ipsum nunc. Qd̃ quidem sm id qd̃ est: idẽ est: sed ratione est alteꝝ: sm qd̃ est prius ⁊ posterius. ⁊ sic nunc mẽsurat tps non sm q̃ est idem subiecto: sed sm q̃ rõne est alterum ⁊ alteꝝ: ⁊ prius ⁊ posterius. ¶ Secũdo ibi. Lec.15. T.c.90.

¶ Ipsum autẽ nunc tẽpus mensurat. sm quod prius ⁊ posterius est. Ipsum aũt nunc est qui/ t.c.104.

dez sicut idem: est vero sicut non idem: sm quidem enim q in alio & alio alterum est. Hoc vero erat ipsi nūc: inquantum autez quodcunqz ens est: ipsuz nunc quidez est.

¶ Exponit quod dixerat: & dicit q ipsum nūc quodam modo semper est idem & quodāmodo non idez. Inquātum.n. semper consideratur vt aliud & aliud sm successionē temporis & motus: sic est alterz & alterum: sed sm q consideratur in se: sic est idem: & hoc est qd supra diximus: q ipsi est esse alterū. Nam hoc est esse ipsi nunc.s. sm hoc accipit ratio ipsius: vt consideratur in decursu tēporis & motus: sed inquantū ipsum nunc est quoddam ens sic est idem subiecto. ¶ Tertio ibi.

¶ Sequitur eniz sicut dictuz est magnitudinem motus. Hunc autem tēpus: sicut diximus. Et similiter igitur puncto quod fertur: quo motuz cognoscimus & prius in ipso & posterius. Hoc qua quidez quodcunqz ens est idez est: aut eniz punctuz: aut lapis: aut aliquid aliud hmōi est. Ratione autez aliud est: sicut sophiste accipiūt alterum coriscum in theatro esse & coriscum in foro. Et hoc igitur in eo quod alibi & alibi est alterum. Id autem quod fertur sequitur ipsum nunc: sicut tempus motum. Eo enim quod fertur cognoscimus prius & posterius in motu. Secundum autem q numerabile prius & posterius ipsum nunc est: quare & in his quod quidem ens nunc est: idem est: prius enim & posterius est quod in motu: esse autez alterum: scdm enim q numerabile prius & posterius ipsum nunc est.

¶ Probat quod dixerat: & primo probat q nūc est idez subiecto: sed alterū & alterū ratione. secūdo q ipm nūc mensuret tempus. ibi. Et notū autem maxime. Dicit ergo primo. q sicut supra dictum est: motus quantum ad

Lec.17. T.c.99. continuitatem: & pri⁹ & posterius: sequit magnitudinem & tempus motū. Imaginem⁹ igit sm geometras q pūctus motus faciat lineam: similiter oportebit aliqd esse idem in tempore: sicut est aliquid in motu. Si autem pūctum motum suo motu faciat lineam ipsum pūctum qd fertur est quo cognoscimus motū & prius & posterius in ipso. non enim motus percipitur nisi ex hoc q mobile aliter & aliter se habet. & sm id quod pertinet ad precedentem dispositionem mobilis: iudicamus prius in motu: sm autem id quod pertinet ad sequentem dispositionem mobilis: iudicamus posteri⁹ in motu. hoc ergo qd mouetur quo motū cognoscimus & discernimus prius & posterius in ipso: siue sit punctū: siue sit lapis: siue qdcūqz aliud: ex parte qua est quoddam ens: quodcūqz sit est idem scz subiecto. sed ratione est alterz. & hoc modo sophiste vtuntur altero: cum dicūt coriscum alterū esse in theatro & in foro: sic arguentes sm sophisma accidētis: esse in foro est aliud ab eo qd est in theatro: sed coriscus est nūc in foro: nūc in theatro. ergo est ali⁹ a se. Sic igit patet q id quod mouet est alterum sm rationem i eo qd est alibi & alibi: licz sit idem subiecto: sed sicut tempus sequit ad motum: ita ipsum nūc sequit ad id quod fertur. & hoc probat: quia per mobile cognoscimus pri⁹ & posterius in motu. Cū enim inuenimus mobile in alia parte magnitudinis per quam mouetur: iudicamus q motus q fuit per vnam partem magnitudinis prius preterijt: & per aliam partem magnitudinis posteri⁹ sequit: & similiter in numeratione motus q̄ fit per tps: id qd distinguit prius & posteri⁹ temporis: est ipm nūc qd est termin⁹ preteriti. & pncipiū futuri. Sic igit nūc se habet ad tps sicut mobile ad motū. ergo sm commutatā proportionem: sicut tps ad motū: ita & nūc ad mobile. Unde si mobile in toto motu est idem subiecto: sed differat ratione: oportebit ita esse & in nūc: q sit idem subiecto: & aliud & aliud ratione: qz illud quo discernit in motu prius & posterius est idem subiecto: sed alterz ratiōe .s. mobile. & id sz qd numerat prius & posteri⁹ in tempore: est ipm nūc. Ex hac aūt consideratione de facili potest accipi intellectus eternitatis. Ipsuz enim nūc inquātum respondet mobili se habēti aliter & aliter discernit prius & posterius in tempore & suo fluxu tps facit: sicut pūctus lineam. Sublata igit alia & alia dispositione a mobili remanet substantia semper eodem modo se habens. Unde intelligit nūc vt semper stans: & non vt fluens: nec habens prius & posteri⁹. Sicut igitur nūc temporis intelligitur vt numerus mobilis: ita nūc eternitatis intelligitur vt numer⁹: vel potius vt vnitas rei semp eodem modo se habentis. ¶ Secundo ibi.

¶ Et notum autem maxime hoc est. Et motus enim propter id quod mouetur: & loci mutatio propter id quod fertur: hoc aliquid eniz quod fertur. Motus autez non. Est quidez igitur sicut idem ipsum quod nunc dicitur semper. Est autem sicut non idem. Et nanqz est similiter quod fertur.

¶ Ostendit vnde habeat mensurare nūc tps: & dicit q hoc ideo est: qz id qd est maxime notū in tempre nūc ē: & vnumqdqz mensurat per id qd est maxime notum sui generis: vt dicit in .10. metaphy. & hoc etiam ostēdit ex Lec.2. in p°.
habitudine motus ad mobile: qz motus cognoscit per id qd mouet: & loci mutatio per id quod localiter fert: quasi minus notum per magis notum: quod ideo est qz id quod mouet: est hoc aliquid. i. res q̄dam per se stans: quod non conuenit motui. vnde mobile est notius motu: & per mobile cognoscitur motus: & similiter tempus per ipsum nūc. & sic concludit conclusionem principaliter intentam: q id quod dicitur nūc semper est idez quodammodo & quodammodo non: qz similiter est de mobili: vt dictum est. ¶ Deinde cum dicit. T.c.105

¶ Manifestuz est autez q nisi tempus sit: ipsuz nunc non erit: & si quidez ipsuz nunc non erit tempus non erit: simul enim sunt: sicut quod fertur & loci mutatio: sic & nūerus qui est eius quod fertur: & qui est loci mutationis. Tempus quidem eniz est loci mutationis numerus. Ipsum autem nunc vt quod fertur: vt vnitas numeri.

¶ Assignat rationem eorum que dicuntur de nūc. & primo eius qd dicit q nihil est temporis nisi nūc. secundo eius quod dicitur q nunc diuidit & continuat temporis partes. ibi. Et continuum autem. Tertio eius quod dicitur q nunc non sit pars temporis. ibi. Et adhuc manifestum. Dicit ergo primo. manifestum esse q si non sit tempus non erit nūc: & si non erit nunc: non erit temp⁹: & hoc ex habitudine motus ad mobile: sicut eni loci mu

tatio ⁊ id qđ fert sunt simul: sic ⁊ numerus eius qđ fert: simul est cum numero localis motus: sz tps est numer⁹ loci mutationis. ipm aūt nūc comparat ad id qđ fert: non qdem sicut numerus: qz nūc est indiuisibile est: sed sicut vnitas numeri. Relinquitur igit ꝙ tps: ⁊ nūc non sūt sine inuicem. Attēdēdū est aūt ꝙ tempus semper comparat loci mutationi: q est primus motuū: tempus enim est numerus primi motus: vt dictum est. ¶ Scđo ibi.

¶ Et continuum autem tempus est ipsi nunc: ⁊ diuiditur sm ipsum nunc. Sequitur enim hoc ad loci mutationem: ⁊ ad id quod fertur: ⁊ motus enim ⁊ loci mutatio vna est ab eo quod fertur: qa vnum ⁊ non quodcūqz ens. Et nanqz defici est: sed non ratione: ⁊ nanqz determinat priorez ⁊ posteriorez motum hoc.

¶ Assignat rationem eius qđ dr ꝙ tempus continuat: ⁊ diuidit sm nunc: ⁊ primo ex parte motus ⁊ mobilis. scđo ex parte lineę ⁊ pūcti. ibi. Sequitur aūt ⁊ hoc. Dicit ergo primo. ꝙ iaz ex dictis pz ꝙ tps est ꝯtinuū ipsi nūc .i. continuat per ipm: ⁊ diuidit per ipm. ⁊ hoc ēt ꝯñs est ad id qđ inuenit in loci mutatione: cui⁹ numerus est tps: ⁊ in eo ꝙ fert sm locū cui respondet ipm nunc. Manifestum est enim ꝙ omnis motus habet vnitatē ab eo qđ mouet: quia .s. id qđ mouet est vnum ⁊ idem manens in toto motu: ⁊ non est indifferenter id qđ mouetur: vno motu manente qđcūqz ens: sed illud idem ens qđ prius incepit moueri: quia si esset aliud ens qđ postea moueret: deficeret primus motus ⁊ esset alius motus alteri⁹ mobilis. ⁊ sic patet ꝙ mobile dat vnitatem motui. que est eius continuitas: sed verum est ꝙ mobile est aliud ⁊ aliud sm rationem. ⁊ per hūc modum distinguit priorem ⁊ posteriorem partem motus: qz sm ꝙ consideratur in vna ratione vel dispositione: cognoscit ꝙ quecūqz dispositio fuit in mobili ante illam assignatam pertinebat ad priorem partem motus. Quecūqz autem post hanc erit: pertinebit ad posteriorem. sic ergo mobile ⁊ continuat motū ⁊ distinguit ipsum. ⁊ eodem modo se habet nunc ad tempus. ¶ Scđo ibi.

¶ Sequit autem ⁊ hoc quodammodo ad pun-
T.c.106 ctū. Et punctū enim continuat longitudinem ⁊ determinat. ¶ Est enim hui⁹ qdem principiū illius autem finis. Sed cū sic quidez accipiat aliquis tanquam duobus vtensvno: necesse est stare si principiū ⁊ finis idez punctū erit. Ipsuz aūt nūc propter id quod mouetur quod fertur semper alterum est. Quare tempus numerus non sicut eiusdem puncti quia est ⁊ principium ⁊ finis: sed sicut vltima eiusdem magis ⁊ non sicut partes. ⁊ propter quod dictum est. Medio enim puncto tanquam duobus vtetur: ergo quiescere accidet.

¶ Assignat eiusdem rōnez ex parte lineę ⁊ pūcti. ⁊ dicit ꝙ hoc qđ dcm̄ est de tempore ⁊ nūc consequit quodam modo ad id qđ inuenit in linea ⁊ pūcto: qz pūctū continuat lineam ⁊ distinguit ipsam inqtum est principiū vnius partis ⁊ finis alteri⁹: sed tamen differenter se habet in linea ⁊ pūcto ⁊ tempore ⁊ nūc: qz pūctum est qđdam stans ⁊ linea similiter: vnde potest homo accipere idem pūctum bis ⁊ vti eo vt duob⁹: vt .s. principio ⁊ fine: ⁊ cū sic vtimur pūcto vt duob⁹ accidit qes: sicut patet in motu reflexo in quo id qđ erat finis primi motus: est principium scđi motus reflexi. Et propter hoc probat infra in .8. ꝙ mot⁹ reflexus non est ꝯtinuus: sed intercidit qes media: sed ipm nūc nō est stās ꝑpter id qđ respōdet mobili qđ semper fert durante motu: ⁊ ꝑpter hoc oz nūc esse semper alterū ⁊ alterū sm ratiōem: vt supra dictū est. ⁊ ideo cū tempus sit numerus motus nō hoc modo numerat motū: qđ aliqd idem temporis accipiat vt principiū vni⁹ ⁊ finis alteri⁹: sz magis numerat motū accipiēdo duo vltima temporis .s. duo nūc: que tamē nō sūt partes eius. ⁊ quare competat iste modus numerandi in tēpore magis ꝙ alius: quo per pūctum numerant partes quantū est principiū ⁊ finis: ratio est: que dicta est: qz sz hūc modū vtit aliquis pūcto vt duob⁹: ⁊ sic accidit qes media: q nō potest esse in tempore ⁊ motu. nō tamen intelligēdum est per id qđ dicitur: ꝙ idem nūc non sit principium futuri ⁊ finis preteriti: sed ꝙ nō percipimus tempus numerādo motū per vnum nūc: sed magis per duo: vt dictum est: qz sequeret ꝙ in numeratiōe motus idem nūc sumeretur bis. ¶ Deinde cum dicit. lec.17. in pn° ac solutōe pe dubitationis.

¶ Et adhuc manifestū ꝙ nulla pars ipsum nūc temporis est: neque diuisio motus: sicut neqz puncta lineę: lineę enim duę partes vnius sunt: Secundum quidem igitur ꝙ est terminus: ipsum nunc non est tempus: sed accidit: sm vero ꝙ numerat numerus. Termini quidem enim illius solum sunt: cuius sunt termini. Numerus autem qui est horum equorum decem alibi ⁊ alibi est. t.c.107.

¶ Assignat ratiōem eius qđ dicit: ꝙ nūc nō est pars tēporis. ⁊ dicit manifestū esse ꝙ nūc nō est pars temporis: sicut neqz id per quod distinguit motus nō est pars motus .s. aliqua diuisio signata in mobili: sicut etiam nec pūcta sūt partes lineę. Duę enim lineę sūt partes vnius lineę. Manifestat aūt ꝓprietates ipsius temporis ex motu ⁊ linea: qz sicut dictum est supra motus est ꝯtinuus propter magnitudinem: ⁊ tempus propter motū. Cōcludit ergo finaliter ꝙ ipm nūc: sm ꝙ est terminus qdam nō est tempus: sed accidit ipsi vt terminus terminato: sz sz ꝙ tempus numerat alia: sic etiam nūc est numerus aliorū ꝙ temporis. ⁊ hui⁹ ratio est: qz terminus nō est tātuz eius cuius est numerus: sz nūerus potest esse diuersorum: sicut nūerus decē equorum nūerus est ⁊ aliarum rerum. sic igitur nūc est terminus soli⁹ tēporis: sz est nūerus omniū mobilium que mouent in tempore. Lec.17. T.c.99.

Lectio. XIX.

Quod quidē igitur tempus numer⁹ motus sz prius ⁊ posteri⁹ sit ⁊ continuū: continui nanqz manifestum est. Minim⁹ aūt numerus qui simpliciter quidez dualitas est. Quidā aūt numerus est: qui est quidez sic est aūt tanqz non est. Ut lineę minima multitudine qdez est duę aut vna. Magnitudine aūt non est minia. Semper eniz diuiditur omnis linea. Quare similiter ⁊ tempus. Minimuz enim quidem est secundum numerum vnum aut duo: sm vero magnitudinez non est. T.c.108

¶ Postqz philosophus diffiniuit tēpus: hic ex diffinitiõe

ne data reddit rationem corum que dicunt de tempore. Et circa hoc quatuor facit. primo ostendit quomodo in tempore invenitur minimum ⁊ quomodo non. secundo quare tempus dicitur multum ⁊ paucum: breue ⁊ longum: non autem velox ⁊ tardum. ibi. Manifestum autem propter quid. Tertio ostendit quomodo tempus sit idem: ⁊ quomodo non. ibi. Et idem autem vbique. Quarto quomodo tempus cognoscitur motu: ⁊ econuerso. ibi. Non solum autem motu. Dicit ergo primo. quod manifestum est ex diffinitione temporis prius data: quod tempus est numerus motus secundum prius ⁊ posterius: vt supra expositum est. ⁊ iterum manifestum est ex premissis quod tempus est quoddam continuum: licet autem non habeat continuitatem ex eo quod est numerus. habet tamen continuitatem ex eo cuius est numerus: quia est numerus continui. s. motus vt supra dictum est. non est autem tempus numerus simpliciter: sed numerus numeratus. In numero autem simpliciter est inuenire aliquem minimum numerum. s. dualitatem: sed si accipiamus numerum quendam. s. numerum alicuius rei continue: quodammodo est inuenire minimum: ⁊ quodammodo non: quia secundum multitudine est inuenire minimum: non autem secundum magnitudinem sicut in multis lineis: secundum multitudinem quidem est minimum ⁊ vna linea vel due. vna quidem si accipiatur id quod est minimum simpliciter in numero. due autem si accipiatur id quod est minimum in genere numeri: habens rationem numeri: sed in lineis non est inuenire minimum secundum magnitudinem: vt sit. s. aliqua linea minima: quia semper est diuidere quamcunque lineam. ⁊ similiter dicendum est de tempore: quia est inuenire in eo minimum secundum multitudinem. s. vnum vel duo: vtputa aut vnum annum: aut duos annos: aut duos dies: aut horas: sed minimum secundum magnitudinem non est inuenire in tempore: quia cuiuslibet temporis dati est accipere partes in quas diuiditur. ¶ Secundo ibi.

T.c.109 ¶ Manifestum est autem propter quod tardum ⁊ velox non dicitur: multum autem: ⁊ paucum: ⁊ breue ⁊ longum. Secundum quidem enim quod continuum est ⁊ longum ⁊ breue: secundum autem quod numerus multum ⁊ paucum: velox autem ⁊ tardum non est. Neque enim numerus quo numeramus velox ⁊ tardus nullus est.

¶ Assignat rationem quare tempus non dicitur tardum aut velox: sed dicitur multum ⁊ paucum: breue ⁊ longum. Jam enim ostensum est quod tempus ⁊ numerus est: ⁊ continuum est. Inquantum ergo est continuum dicitur tempus ⁊ longum ⁊ breue: sicut ⁊ linea. Inquantum autem numerus est dicitur ⁊ multum ⁊ paucum. Esse autem ⁊ velox ⁊ tardum nullo modo competit numero: neque numero simpliciter: vt manifestum est: neque etiam potest conuenire numero alicuius rei. nam esse velox vel tardum dicitur de aliquo: secundum quod est numeratum. Dicitur enim velox motus eo quod paruo tempore numeratur: tardum autem econuerso. Unde manifestum est quod tempus nullo modo potest dici velox vel tardum. ¶ Tertio ibi.

T.c.110. ¶ Et idem autem vbique simul ⁊ prius ⁊ posterius non idem: quia ⁊ mutatio presens quidem vna: facta autem ⁊ futura altera est. Tempus autem numerus est: non quo numeramus sed quod numeratur vel numeratus. Huic autem accidit prius ⁊ posterius semper esse altera. Ipsa enim nunc semper altera. Est autem numerus vnus quidem ⁊ idem qui est centum equorum: ⁊ qui est centum hominum. Quorum autem numerus altera sunt: vt equi ab hominibus.

¶ Ostendit quomodo tempus sit idem: ⁊ quomodo non idem. Et primo quomodo sit idem vel non idem simpliciter. secundo quomodo sit idem secundum quid. ibi. Amplius sicut contingit. Dicit ergo primo. quod tempus simul existens est idem vbique. i. respectu omnium que mouentur vbique: non. n. diuersificatur secundum diuersa mobilia: sed diuersificatur secundum diuersas partes eiusdem motus. ⁊ ideo tempus prius ⁊ tempus posterius non est idem. Et hoc ideo: quia prima mutatio presens. cuius primo ⁊ principaliter numerus tempus est: vna est: sed huius mutationis altera pars est que iam facta est: ⁊ pertransijt: ⁊ altera que futura est. vnde ⁊ tempus alterum est quod prius fuit ⁊ alterum quod futurum est. ⁊ hoc ideo quia tempus non est numerus simpliciter: sed numerus alicuius rei numerate. s. prioris ⁊ posterioris in motu. ⁊ huic numero semper accidit esse alterum: ⁊ prius ⁊ posterius: propter hoc quod ipsa nunc secundum quod se habent prius ⁊ posterius semper sunt altera. Si autem esset numerus simpliciter tunc esset idem tempus ⁊ mutationis que preterijt ⁊ eius que futura est: quia numerus simpliciter est vnus ⁊ idem diuersorum numeratorum: vt centum equorum ⁊ centum hominum: sed numerus numeratus est alius diuersorum. centum enim equi sunt aliud quid a centum hominibus: ⁊ quia tempus est numerus prioris ⁊ posterioris in motu: quia alia sunt que in motu se habent prius ⁊ posterius secundum illud quod preterijt de motu: ⁊ alia secundum id quod sequitur: propter hoc est aliud tempus preteritum: ⁊ aliud futurum. ¶ Secundo ibi.

¶ Amplius sicut contingit motum esse eundem ⁊ vnum iterum ⁊ iterum: sic ⁊ tempus contingit: vt hyemem aut ver aut autumnum. T.c.111.

¶ Ostendit quomodo tempus reiteratur idem secundum quid. Et dicit quod sicut reiterari vnum ⁊ eundem motum contingit: sic contingit reiterari vnum ⁊ idem tempus. Reiteratur enim idem motus specie: sed non numero: quia ab eodem signo arietis a quo primo mouebatur sol: ⁊ postea mouebitur. ⁊ ideo sicut prius fuit hyems aut ver aut estas aut autumnus: ita erit: non quidem vnum numero: sed specie. ¶ Deinde cum dicit. T.c.112.

¶ Non solum autem motum tempore metimur sed motu tempus propter diffiniri adinuicem. Tempus quidem enim determinat motum: cum sit numerus ipsius. motus autem tempus. Et dicimus multum aut paucum esse tempus motu mensurantes sicut ⁊ numerabilibus numerum. Numero quidem equorum multitudinem cognoscimus. Iterum autem vno equo equorum numerum ipsum: similiter autem ⁊ in tempore ⁊ motu est. Tempore quidem enim motum: motu autem tempus mensuramus.

¶ Ostendit quod sicut motum cognoscimus tempore: ita ⁊ tempus motu. ⁊ hoc primo ex ratione numeri ⁊ numerati. secundo ex similitudine magnitudinis motus. ibi. Et hoc rationabiliter ⁊c. Dicit ergo primo. quod non solum mensuramus motum per tempus. Sed etiam mensuramus tempus per motum: propter hoc quod inuicem diffiniuntur. oportet enim accipere quantitatem vnius: secundum quantitatem alterius. Quod enim tempus determinet motum ex hoc contingit: quia est numerus ipsius. Sed econuerso motus determinat tempus quo ad nos. percipimus. n. iterdum quantitatem temporis ex motu: vtpote dicimus tempus esse multum vel paucum secundum men-

surã motus nobis certã: qr ꝛ ipsum numeꝝ aliquando p numerabilia cognoscimus: ꝛ ecõuerso. cognoscimus eni numero equoꝝ multitudinẽ: ꝛ iterũ vno equo cognoscimus numeꝝ equoꝝ. non eniꝫ sciremus quot sunt miliaria. nisi sciremus quid est miliare: ꝛ similiter est in tempore ꝛ motu: qr cum est nobis certa q̄titas temporis: quãtitas autem motus ignota: tunc tempore mensuram⁹ motum. econuerso quando motus est notus ꝛ tempus ignotum. ℂ Secundo ibi.

ℂ Et hoc rationabiliter accidit. Imitatur enim magnitudinẽ quidneꝫ motus: hunc aũt tẽp⁹: eo ꝙ quanta ꝛ continua sint ꝛ diuisibilia: ꝑpter magnitudnẽ. n. esse hmõi: motus hec sustiet: ꝑpter autẽ motũ tẽpus: ꝛ mensuramus magnitudineꝫ motu ꝛ motum magnitudine. Multam enim dicimus esse viam: si processus multus. Et hunc multum: si via multa. Sic igitur ꝛ tempus. si mo-

T.c.113. tus: ꝛ motum si tempus.

ℂ Ostendit idem ex comparatione motus ad magnitudinem: ꝛ dicit. ꝙ rõnabiliter accidit qḋ dictũ est de tempore ꝛ motu: qr sicut mot⁹ magnitudinẽ imitatur in q̄titate continuitate ꝛ diuisibilitate: ita ꝛ tempus imitatur motum: hec enim in motu inueniunt propter magnitudinem: ꝛ in tempore ꝑpter motum. Mensuramus aũt magnitudinem per motum: ꝛ motum per magnitudinẽ. Dicimus enim multã esse viã: quando percipimus motum nostrum fuisse multum: ꝛ econuerso quãdo consideram⁹ magnitudinem: vie dicim⁹ motũ nostrũ fuisse multum: ꝛ ita ẽ de tpe ꝛ motu est: vt supra dictũ est. Lec. XX.

t.c.114. Quoniã aũt est tp̄s metrũ mot⁹: ꝛ ei⁹ qḋ est moueri. Mẽsurat aũt sic motũ in dterminãdo quẽdã motũ: quo mensurabit totũ: sicut lõgitudinẽ cubit⁹ in determinãdo aliquã magnitudinẽ q̄ mensꝰ totũ. Et est motui in tpe esse: mẽsurari tempore ꝛ ipsum ꝛ esse eius. Simul enim ꝛ motum ꝛ esse motus mensurat: ꝛ hoc est ipsi in tempore esse: mensurari ipsius esse.

ℂ Postq̄ philosophus determinauit de tempore ſm se: hic determinat de tempore per comparationẽ ad ea que sũt in tempore. Et circa hoc duo facit primo comparat tempus ad ea que sunt in tempore. secundo ad ea q̄ sunt in nunc. ibi. Ipsum aũt nunc. Circa primũ duo facit. primo comparat tempus ad motum. secundo ad alia que sunt in tempore. ibi. Manifestum aũt qr. Circa ꝑmũ considerandum est ꝙ alio modo comparatur motus ad tẽpus ꝛ alio mõ res alie. motus eni mensurat tẽpore: ꝛ ſꝫ illḋ qḋ est: ꝛ ſm suã durationẽ: siue ſꝫ esse suuꝫ. Res aũt alie: vtpote homo aut lapis: mensurat tẽpore ſm suũ eẽ siue ſm durationẽ: ꝑut habẽt esse transmutabile. Sed̄ꝫ aũt id qḋ sunt nõ mensurant tẽpore: sed magis eis respõdet nũc tẽporis: vt supra dictũ est. Dicit ergo. ꝙ tẽpus est mẽsura ipsius motus: ꝛ eius qḋ est moueri: per qḋ dat intelligere durationẽ motus. Mensurat aũt tempus motũ per hoc ꝙ tẽpore mensurat aliqua pars motus que mẽsurat totũ. ꝛ hoc necẽium est: qr vnũqḋqꝫ mensurat per aliquid sui generis: vt dicit in. 10. metaph. ꝛ hoc apparet in magnitudinũ mensuris. Cubitus eni mensurat totã longitudinẽ alicuius panni: vel alicuius vie: per hoc ꝙ determinat aliquã partẽ illius longitudinis que metitur totũ: ꝛ sic per partẽ motus tẽpus mensurat totũ motũ. per motũ enim vnius hore mensurat motus totius diei: ꝛ p motum diurnum mensuratur mot⁹ annuus. Quia igit motus mensuratur tempore: nihil est aliud motum esse in tẽpore: q̄ mẽsurari a tempore: ꝛ ſm id quod est ꝛ ſm suam durationem: qr ſm vtrũqꝫ mensuratur a tempore: vt dictum est. ℂ Secundo ibi.

Lec.8. in fine.

Lec.2. in pri°.

ℂ Manifestum aũt ꝙ ꝛ alijs hoc ẽ in tpe eẽ mẽsurari eẽ ipsoꝝ sub tpe. In tpe. n. esse duoꝝ est alterum: vnũ q̄dem esse tunc qñ tẽpus est: vnũ aũt sicut quedã dicimus: qr in numero sunt. Hoc aũt significat: aut sicut partẽ numeri ꝛ passionẽ: ꝛ oĩno ꝙ numeri est aliq̄d: aut ꝙ est ipsi⁹ numerus: Qm̄ aũt numerus tempus est: ipsum quidẽ nũc ꝛ prius: ꝛ q̄cũqꝫ sunt hmõi: sic in tẽpore sunt: sicut in numero vnitas ꝛ superfluus ꝛ par. Hec quidẽ numeri aliquid: illa vero temporis aliquid sunt. Res aũt sicut in numero in tẽpore sunt. Si autẽ hoc est: cõtinent sub numero: sicut que sunt in loco: sub loco. Manifestum aũt est qm̄ non est in tempore esse: qñ tempus est: sicut neqꝫ in motu esse: neqꝫ in loco: qñ locus est ꝛ motus. Si eniꝫ erit quod est in aliquo: sic oẽs res erunt in quolibet: ꝛ celũ in milio. Qñ enim milium est. est ꝛ celum. Sed hoc quidem accidit. illud aũt necesse est consequi. ꝛ ei qḋ est in tpe esse qḋdam tp̄s qñ ꝛ illud est. ꝛ ei qḋ est in motu esse tunc motum. T.c.115. T.c.116.

ℂ Ostendit quomõ se hꝫ ad alia. Et ꝑmo ostẽdit quomodo alie res sunt in tẽpore. 2° q̄bus reb⁹ conueniat in tempore esse. ibi. Quoniã aũt est sic ꝛc̃. Dic̃ ergo ꝑmo. ꝙ qr motũ esse in tẽpore est tẽpore mensurari: ꝛ ip̄ꝫ ꝛ eẽ eius manifestũ est ꝙ etiã idẽ est alia in tẽpore esse ꝛ mensurari a tempore nõ ipsa: sed esse eoꝝ. motus eni per se mẽsuratur a tẽpore: sed alia ſm ꝙ habẽt motũ. ꝛ ꝙ hoc sit rẽ esse in tẽpore qḋ mensurari esse eius a tẽpore: sic ostẽdit qr esse in tpe dupl'r potest intelligi. vno modo vt dicatur aliquid esse in tpe: qr est simul cũ tempore. alio modo vt dicant aliqua eẽ in tẽpore sicut dicunt esse in numero: qḋ etiã dicit dupl'r. In numero eni est aliq̄d sicut pars: sicut binarius est in quaternario: ꝛ aliq̄d est sicut ꝑpria passio eius: vt par ꝛ impar: vel q̄cq̄d aliud ẽ ipsius nũeri. Alio vͦ modo dicit aliquid esse in numero: nõ qr ipsum est aliquid numeri: sed qr numerus est ei⁹: vt numerati: sicut homines dicunt esse in tali vel tali numero: sed qr tẽpus est numerus: vtroqꝫ mõ contingit aliq̄d esse in tẽpore. Nã nũc ꝛ prius ꝛ posterius ꝛ q̄cũqꝫ sunt hmõi hoc mõ sunt in tẽpore sicut sunt in numero vnitas que est pars: ꝛ par ꝛ impar que sunt numeri passiões: ꝛ superfluũ ꝛ ꝑfectũ. dicit aũt numerus perfect⁹ qui cõstat ex partib⁹ mensurantib⁹ ipsuꝫ: sicut nũerus senarius quẽ mensurant vnitas: binarius ꝛ ternarius q̄ simul iuncta cõstituunt senarium: numerus aũt superfluus dicit cuius partes mẽsurantes ipsum excedũt totũ: sicut duodenarius qui mẽsurat vnitate binario ternario ꝛ quaternario: ꝛ senario: que simul iuncta cõsurgunt in sedecim. ꝛ per hunc modũ sunt aliq̃ in tempore inq̄tũ sunt aliq̄d temporis: sed res que non sunt aliquid tẽporis dicunt esse in tẽpore: sicut numerata in numero. Unde opꝫ ꝙ ea q̄ sunt in tẽpore contineãtur sub tẽpore: sicut sub numero: sicut ea que sunt in loco continent sub loco: sicut sub mensura. Exponit etiã con-

sequenter pmū modū eēndi aliquid in tēpore: ⁊ dicit manifestū esse ꝙ nō est idez esse in tempore: ⁊ eē quādo tempus est: sicut ēt nō ē idem esse in motu ⁊ in loco ⁊ eē quādo est locus ⁊ motus Alioquin sequeret ꝙ oēs res eēnt in quolibet: vtputa ꝙ celum esset in grano milij. qꝛ quando est miliū. est celuz. Est aūt inter hec duo differētia: qꝛ quādo dicit aliquid esse quādo alteruz est: accidit vni quod sit cum altero simul: sed illud in quo aliqd est sicut in mensura ex necessitate consequitur sicut tempus ex necessitate consequitur ei qđ est in tēpore: ⁊ motus ei qđ est in motu vt simul sint. ¶ Secundo ibi.

T.c.117. ¶ Qm̄ aūt est sicut est in nūero sic in tēpore: accipitur ad plus tempus omni eo quod est in tempore. Unde necesse est omnia que sunt in tempore contineri sub tēpore: sicut alia quecūqꝫ in alio sunt vt que sunt in loco sub loco.

¶ Ostēdit quib⁹ cōueniat eē in tpe: ⁊ pͦ ꝙ non oīa entia sunt in tpe. 2ͦ ꝙ non oīa nō entia. ibi. Manifestum igit. Circa pmuz duo facit. pmo oñdit ꝙ ea que sunt semper non sunt in tempore. 2ͦ ꝙ nihilominus ea que qescunt in quātū hmōi sunt in tpe. ibi. Qm̄ aūt est tēpus. Circa primū duo facit. pmo ꝓponit ea ex qb⁹ ꝓcedit ad ꝓpositū oñdēdū. 2ͦ cōcludit ꝓpositū. ibi. Quare manifestum est ⁊c̄. Proponit autem duo: quoꝝ pmū est ꝙ cum aliqd sit in tempore sicut numeratū in numero: necesse est ꝙ accipi possit aliqđ maius tempus omni eo qđ est in tēpore sicut pōt accipi aliqs nūerus maior omni eo qđ est nūeratū: ⁊ pp hoc necesse est oīa que sunt in tempore totalr cōtineri a tpe ⁊ concludi sub ipso: sicut ea que sunt in loco concluduntur sub loco. ¶ Secundo ibi.

¶ Et patitiam aliquid sub tempore: sicut ⁊ consueuimus dicere. quia tabefacit tempus ⁊ senescunt omnia in tempore: ⁊ obliuiscitur propter tempus. sed non didicit. neque nouum factum est. neqꝫ bonum. Corruptionis enim causa per se est tempus. Numerus ⁊ enīz motus est. Motus autem distare facit quod est.

¶ Et est. ꝙ omne qđ est in tēpore aliqd patit sub tēpore: ſm ꝙ passio ptinet ad defectū. ⁊ h̄ ꝓbat ex cōsueto mō locutionis. consueuimus enim dicere ꝙ longitudo tpis tabefacit. i. putrefacit ⁊ corrūpit: ⁊ iterū ꝙ ꝓpter tēpus oīa senescunt que sunt in tpe. ⁊ ꝙ ꝓpter tēpus obliuio accidit: que. n. de recenti cognouimus in memoria manent: sed p diuturnitatē tpis elabunt. Et ne aliqs dicat ꝙ etiā pfectiōes attribuuntur tpi: sicut ⁊ passiones h̄ ꝯīr excludit. Et pōit tria ꝯ tria pmissa. Cōtra id. n. qđ dixit ꝙ obliuiscit pp tps. subdit ꝙ aliqs nō addiscit pp tps. Si. n. aliqs diu viuat ociosus a studio addiscēdi non ꝓpter h̄ addiscit: sicut ꝓpter tēpus obliuiscit. Cōtra hoc aūt qđ dixit ꝙ oīa senescunt sub tpe: subdit ꝙ non est aliquid factum nouum ꝓpter tps. Nō. n. solum per hoc aliqd inouat qꝛ longo tpe durat: sed magis antiquatur. Cōtra illud vero qđ dixerat ꝙ tps tabefacit: subdit ꝙ tēpus non facit. bonum. idest integrū ⁊ pfectum: sed magis tabidum ⁊ corruptum. Et huius causa est qꝛ ex tpe aliq̄ corrūpunt etiā si nō appareat aliquid aliud manifeste corrumpēs quod ex ipsa rōne tpis apparet. Est enim tempus numer⁹ motus. De rōne aūt motus est ꝙ faciat distare id qđ est a dispositione in qua prius erat: vnde cuz tempus sit nūerus primi motus ex quo in oībus causatur mutabilitas: sequitur ꝙ per diuturnitatem temporis omnia que sunt in tpe remoueantur a sua dispositione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare manifestum est: quoniam que semper sunt secunduz ꝙ semper sunt: non sunt in tempore. Neqꝫ eniz continentur sub tēpore: neqꝫ mensuratur esse eoꝝ sub tpe.

¶ Concludit propositūz ex premissis. ⁊ primo ex eo pͦus ꝓposito. Ostensum est. n. ꝙ quecunqꝫ sunt in tēpore continentur sub tempore: que aūt sunt semp non continent sub tpe quasi excedente: neqꝫ esse. i. duratio eoꝝ mensuratur sub tpe cum in infinitum durent. Infinitum autem non contingit mensurari: ergo illa que sunt semper non sunt in tpe: sed hoc veꝝ est ſm ꝙ sunt semper. Corpora enim celestia sunt semper ſm esse substātie eoꝝ: nō autez ſm vbi: ⁊ ideo duratio eoꝝ non mēsuratur tpe: sed motus localis ipsorum tpe mensuratur. ¶ Scđo ibi.

¶ Signuz aūt huius: quoniam neqꝫ patiūtur nihil a tempore tanqꝫ non entia in tempore.

¶ Probat idem ex secundo prius positorum: ⁊ dicit ꝙ signum huius. ꝙ ea que sunt semper non sunt in tempore: est ꝙ non patiuntur a tēpore: quasi non existentia in tempore. Non enim tabescunt neqꝫ senescunt: sicut dictuz est de illis que sunt in tempore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam aūt est tempus mensuratio motus: erit ⁊ quietis metrum ſm accidens. Omnis eniz quies in tempore est. T.c.118.

¶ Quia oñderat ꝙ ea que sunt semper nō sunt in tpe: ea aūt q̄ qescunt eodē mō se hñt: possz aliqs credere: ꝙ qescentia inquantum hmōi nō mensurarentur tpe: ⁊ iđ ad h̄ excludendū oñdit ꝙ tps est etiaz qetis mēsura. Et circa h̄ duo facit: primo. n. ꝓponit qđ intēdit: ⁊ dicit ꝙ qꝛ tps est mēsura motus p se: erit ēt ⁊ p accñs ⁊ mēsura qetis: qꝛ ⁊ oīs qes est in tpe: sicut ⁊ oīs mot⁹. ¶ Scđo ibi.

¶ Non enim sicut qđ in motu est necesse moueri sic ⁊ quod in tempore est. Non enim motus tempus est. sed numerus motus. In numero autem motus contingit esse ⁊ quiescens.

¶ Excludit quoddam per quod videri posset ꝙ qes non mensuratur tpe: qꝛ enim tempus est mensura motus posset aliqs credere ꝙ quiescens qꝛ non est in motu nō sit in tempore Et ideo ad hoc excludendū dicit: ꝙ non est necesse moueri omne quod est in tpe: sicut necesse est moueri omne quod est in motu: qꝛ tempus nō est motus: sꝫ numerus motus. Contingit aūt esse in numero motus: non solum qđ mouetur: sed etiā qđ quiescit. ¶ Tertio ibi.

¶ Non enim omne imobile quiescit. sed priuatū motu. aptū aūt natuz moueri. sicut dictuz est in prioribus. Esse autez in numero. est esse quēdaz nūeruz rei. ⁊ mensurari esse ipsius nūero in quo est. Quare si in tēpore. ⁊ sub tēpore est.

¶ Probat ꝓpositū. s. ꝙ qescens sit in numero motus ita ꝙ tpe mēsuretur: ⁊ ad hoc ꝓbandū inducit qꝛ: nō oē imobile: idest non oē qđ non mouet quiescit: sed qescens est priuatū motu. Qđ eñ aptum natum est moueri: sicut supra dictū est in tertio: ꝙ mouet illud cui⁹ imobilitas qes est. Quies. n. nō est negatio motus: sed priuatio ipsius: ⁊ sic pꝫ ꝙ esse qescētis est esse rei mobilis: vnde cū esse rei mobilis sit in tpe ⁊ mensuret tempore: esse etiā rei quiescentis tēpore mensurat. Hic aūt dicimus esse in tēpore aliquid sicut in numero: qꝛ est aliquis numerus ipsius rei: ⁊ qꝛ esse ipsius mensurat numero temporis. Unde manifestum est ꝙ quiescens est in tempore ⁊ mensurat tēpore I.4.t.c.10.

non inquantum est quiescens: sed inquantum est mobile. & propter hoc premisit q tempus est mensura mot' per se: quietis per accidens. ¶ Quarto ibi.


¶ Mensurabit autem tempus: quod mouebit & quiescens: scdm q hoc quidē motū: illud autez quiescens: Motuz enim ipso & quietē mensu-
T.c.119. rabit: scdm q quanta quedaz. ¶ Quare qd mouetur. non simpliciter erit mensurabile sub tēpore: scdm q qtum aliquid est: sed secundum q motus ipsius quantus.

¶ Ostendit scdm q mobile & quiescēs mēsurant a tempore. & dicit q tpe mēsurat illd quod mouet & quiescit: nō inquantū est lapis vel homo: sed inquātū est motū & quiescens. mēsuratio eniz pprie debetur qtitati. Cuius ergo qtitas tempore mensuratur: illud tempore pprie mensuratur. Ex mensuratione aūt temporis cognoscit quantus sit motus: & quanta sit quies: nō autē qtum sit illud quod mouetur. Unde qd mouetur simpliciter non mensuratur tempore scdm propriam quantitatē: sz fm quantitatem sui motus. Ex quo patet q proprie tēpus sit mensura motus & quietis: sed per se motus: quietis autem per accidens. ¶ Quinto ibi.

¶ Quare qcūqz neqz mouent: neqz qescūt: non sunt in tempore. In tēpore enim esse est mensurari tēpore. Tps aūt mot' & qetis mēsuratio est.

¶ Inducit quoddā correlariū ex premissis. Si eniz nihil mensuratur tempore: nisi fm q mouet & quiescit: sequit q qcūqz nō mouent neqz quiescunt: vt substantie separate: nō sunt in tēpore: qz hoc est esse in tēpore mēsurari a tempore. Tēpus autē est mensura motus & quietis: vt ex dictis patet. ¶ Deinde cum dicit.

t.cō.101. inueniri aliquid quod velocius mouetur ⁊ aliquid quod
Dubium tardius. ¶ Sed hec ppositio videtur esse falsa:determi
nate enim sunt velocitates motuum in natura: est enim
aliquis motus ita velox ꝙ nullus potest esse eo veloci-
Rndeo or.s.motus primi mobilis. ¶ Ad hoc dicēduꝫ ꝙ de na
i.4.lec. tura alicu⁹ rei possumus loqui dupliciter:vel scdm rōnē
11. cōmunem:vel scdm ꝙ ad ppriam materiam applicatur:
t.cō.74 ⁊ nihil phibet aliquid quod non impeditur ex ratione
cōmuni rei impediri ex applicatiōe ad aliquam materi
am determinatam:sicut non impeditur ex ratiōe forme
solis esse plures soles:sed ex hoc ꝙ tota materia speciei
sub vno sole cōtinetur:⁊ similiter ex cōmuni natura mo
tus nō prohibetur quin qualibet velocitate data possit
alia maior velocitas inueniri:sed impeditur ex determi
natis virtutibus mobilium ⁊ mouentiuꝫ. Hic autē Ari
stote.determinat de motu scdm cōmunem rationem mo-
tus:nonduꝫ applicando motū ad determinata mouen
tia ⁊ mobilia.⁊ ideo frequenter talibus propositionib⁹
vtitur in hoc.6.libro:que sunt vere scdm considerationeꝫ
cōmuneꝫ motus:non autem scdm applicationē ad deter
minata mobilia:⁊ similiter non est contra rationem ma
gnitudinis ꝙ quelibet magnitudo diuidatur in miores:
⁊ ideo vtitur in hoc libro:vt accipiat qualibet magnitu
dine data aliaꝫ minorē:licet applicando magnitudineꝫ
ad determinatam naturam sit aliqua minima magnitu
do:qꝛ quelibet natura requirit determinatā magnitudi
nem ⁊ paruitatem.vt etiam in primo dictuꝫ est.Ex duo
Lec.9. bus autem premissis concludit tertiuꝫ.s.ꝙ in omni tem-
T.c.36. pore dato contingit velocius ⁊ tardius moueri ꝙ̄ sit mo
tus datus in tali tempore. ¶ Secundo ibi.


T.c.16. ¶ Hec autem cum sint:necesse est ⁊ tempus con
tinuum esse. Dico autem continuum esse di/
uisibile in semper diuisibilia. Huiusmodi enim
supposito continuo:necesse est ⁊ tempus con/
tinuum esse.

¶ Ex premissis cōcludit propositum ⁊ dicit ꝙ cum pre-
missa sint vera necesse est ꝙ tempus sit continuū i.diuisi
bile in semper diuisibilia:supposito eniꝫ ꝙ hec sit diffini-
tio continui:necesse est ꝙ tempus sit continuū:si magni-
tudo est continua:qꝛ ad diuisionem magnitudinis sequi
tur diuisio temporis:⁊ econuerso. ¶ Tertio ibi.

¶ Quoniam enim ostensum est: ꝙ velocius in
minori transibit equale sit quod quidem in quo
est.a.velocius.Quod auteꝫ est in quo est.b.tar
dius:⁊ sit motum tardius que est.c.d.per ma/
gnitudinem:in quo est.z.i.tempore. Manife-
stum igitur est ꝙ velocius in minori q̄ꝫ hoc mo
uebitur per eandem magnitudinem.Et sit mo
tum.a.in quo est.z.t. Iterum autem quoniam
a.quod est velocius in eo quod est.z.t.transi/
uit totam que est.c.d.ipsum tardius in eodem
tempore minorem transit. Si igitur in qua c.
k.Quoniam autem tardius quod est ipsuꝫ.b.
in eo quod est.z.t.tempore ipsam que est.c.k.
transiuit: velocius in minori transibit. Qua-
re iterum diuiditur quod est.z.t.tempus:hoc au
tem diuiso ⁊.c.k. magnitudo diuidetur secun/
dum eandem rationem: si vero magnitudo ⁊
tempus: ⁊ hoc semper erit accipientibus a ve
lociori tardius: ⁊ a tardiori velocius: ⁊ eo de
monstratum est vtentibus. Diuidet autem
quod est velocius tempus: tardius auteꝫ lon/
gitudinem. Si igitur semper in natura est con
uerti: conuerso autem semper fit diuisio: ma/
nifestum quoniam omne tempus continuum
est. ¶ Similiter autem manifestum ⁊ ꝙ ma/ T.c.17.
gnitudo omnis continua est: per easdem eniꝫ
⁊ equales diuisiones tempusque ⁊ magnitu/
do diuiditur.

¶ Ondit propositū:scilicꝫ ꝙ similiter diuidatur tempus 2⁹ rō pn-
⁊ magnitudo:quia enim ostensuꝫ est ꝙ velocius pertrā- cipal re-
sit equale spaciuꝫ in minori tempore:ponatur ꝙ.a.sit ve spectu p-
locius ⁊.b.tardius ⁊ moueatur.b.tardius per magnitu me in pn
dineꝫ que est.c.d.in tēpore.z.i.Manifestū est ergo ꝙ.a. cipio le-
quod est velocius mouetur per eandē magnitudineꝫ in ctionis.
minori tēpore:⁊ sit tēpus illud.z.t.Iterū autē quoniam
.a.quod est velocius in tēpore.z t.pertransiuit totaꝫ ma
gnitudinem que est.c.d.b.quod est tardius in eodē tem-
pore pertransit minorem magnitudineꝫ que sit.c.k.⁊ qꝛ
.b.quod est tardius pertransit magnitudinē in tēpore.z.
t.a.quod est velocius pertransibit eandē magnitudineꝫ
adhuc in minori tempore:⁊ sic tempus.z.t.iterum diui-
detur:⁊ eo diuiso scdm eandē rationē diuidetur magni
tudo.c.k.quia tardius in parte illius tēporis mouetur
per minorem magnitudinem:⁊ si diuiditur magnitudo
iterꝫ diuidetur ⁊ tempus:quia illam partem magnitudi
nis velocius transibit in minori tempore:⁊ sic semper p
cedet accipiēdo post motū velocioris aliud mobile tar
dius:⁊ post tardius iterū velocius:⁊ vtēdo eo quod de-
monstratum est scilicet ꝙ velocius pertranseat equale in
minori tēpore:⁊ tardius in equali tempore minoreꝫ ma
gnitudinem:sic.n.accipiendo id quod est velocius diui-
demus tēpus ⁊ accipiendo id quod est tardius diuide-
mus magnitudinē.Si ergo hoc verꝫ est ꝙ semper possit
talis ꝯuersio fieri,pcedendo a velociori in tardius:a tar
diori in velocius:⁊ facta tali cōuersione semper fit diui-
sio magnitudinis ⁊ temporis:manifestum erit ꝙ omne
tempus est continuum:idest diuisibile in semper diuisibi
lia:⁊ similiter ois magnitudo:qꝛ per easdem ⁊ equales
diuisiones diuiditur tēpus ⁊ magnitudo vt ostensuꝫ est. T.c.22.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Demonstratio q similiter diuiditur tps ⁊ magnitudo.



¶ Amplius autez ex consuetis rationibus dici manifestuz est: ac si tempus quidez continuuz: quia ⁊ magnitudo. Si quidem in medio tempore medium transit: ⁊ simpliciter in minori minus: eedem namqz diuisiones temporis ⁊ magnitudinis sunt.

¶ Ponit tertiam rationem ad ostendēdum q magnitudo ⁊ tempus similiter diuidunt: ex cōsideratione vnius ⁊ eiusdem mobilis: ⁊ dicit: q manifestum est etiaz per rationes que consueuerūt dici q si tempus est continuū. i. diuisibile in semper diuisibilia: q ⁊ magnitudo eodē modo continua est: qz vnum ⁊ idem mobile regulariter motuz: sicut in toto tempore pertransit totā magnitudinē: ita in medio tempore mediū magnitudinis: ⁊ vniuersaliter in minori tempore minorem magnitudinem: ⁊ hoc tō ↄcludit qz silr diuidit tps sicut ⁊ magnitudo. Lec. IIII.

T.c.18. Et si quodcūqz infinituz est ⁊ alteruz: ⁊ sicut alteruz ⁊ alteruz est: vt si quidez vltimis infinituz est tempus ⁊ longitudo vltimis: si vero diuisione: diuisione ⁊ longitudo: si autē in vtrisqz tēpus: in vtrisqz ⁊ longitudo.

¶ Postquā ostendit q magnitudo ⁊ tempus similr diuiduntur. hic ostendit q etiā infinitum ⁊ finitum: similiter inueniunt in magnitudine ⁊ tempore: ⁊ circa hoc tria facit: primo ponit ꝓpositū: scdo ex hoc soluit dubitatiōez. ibi. Unde ⁊ zenonis ratio. Tertio probat propositum. ibi. Neqz iam infinitum ⁊c. Dicit ergo primo q si quodcūqz hoꝝ duoꝝ. s. tpis ⁊ magnitudinis sit infinituz: ⁊ alterum est infinitū: ⁊ eo modo quo vnū est infinitum ⁊ alterum: ⁊ hoc exponit distinguēdo duos modos infiniti: dicens: q si tps est infinituz in vltimis: ⁊ magnitudo est infinita in vltimis: dr aūt tēpus ⁊ magnitudo esse infinita in vltimis: qz. s. vltimis caret: sicut si imaginaremur lineam non terminari ad aliqua pūcta: vel tps nō terminari ad aliquod pmū aut vltimū instans: ⁊ si tps sit infinitum diuisione: ⁊ longitudo erit diuisione infinita: ⁊ est hic scd's modus infiniti: dr. n. diuisione infinituz quod in infinitum diuidi potest: qd est de rōne continui vt dictuz est: ⁊ si tps esset vtroqz modo infinituz: ⁊ lōgitudo esset vtroqz modo infinita: ⁊ conuenienter isti duo modi infiniti cotra ponuntur: qz primus modus īfiniti accipit ex pte vltimoꝝ indiuisibilium q pūant. Scd's aūt modus accipit fm indiuisibilia que signant in medio: diuidit. n. linea fm pūcta infra lineam. Secundo ibi.

¶ Unde ⁊ zenonis ratio falsuz opinatur q non est possibile infinita pertransire: aut tangere infinita fz vnūquodqz infinito tempore. Dupliciter enim dicitur ⁊ longitudo ⁊ tempus infinitum: ⁊ omnino omne continuuz: aut fm diuisionez aut in vltimis: infinitis quidez igitur fm quantitatez non contingit sese tangere infinito tēpore: eis autez que sunt secunduz diuisionez contingit: ⁊ nāqz ipsuz sic infinituz. Quare ⁊ infinito tempore ⁊ non finito accidit transire infinituz: ⁊ tangere infinita in ipsis infinitis ⁊ non finitis. T.c.19.

¶ Ex premissis remouet dubitatiōez zenonis q volebat ꝓbare q nihil mouet de vno loco ad aliuz: puta de. a. in. b. manifestuz est. n. q inter. a. ⁊. b. sunt infinita puncta media cum cōtinuum sit diuisibile in infinitum. Si ergo moueatur aliquid de. a. in. b. oportet q pertranseat infinita: ⁊ q tangat vnumqdqz infinitorū: quod non est possibile fieri in tempore finito: ergo in nullo tempore quantūcūqz magno: dūmodo sit finituz: aliquid potest moueri per quātūcūqz paruū spaciū. Dicit ergo philosophus q ista ratio procedit ex falsa existimatione: qz lōgitudo ⁊ tps ⁊ qdcūqz ↄtinuum dupli dicitur esse infinitum vt dictum est. s. fm diuisionē ⁊ in vltimis. Si igit essent aliqua. s. mobile ⁊ spacium īfinita fm q̄titatem: qd est esse infinitū in vltimis: non contingeret q seinuicem tangerent in tpe finito. Si vo sit infinita fm diuisionem: hoc ↄtingit: qz etiam tempus qd est finitum fm q̄titatem est sic infinitum. s. fm diuisionem: vnde sequit q infinitum transeat: non quidem in tpe finito: sed in tpe infinito: ⁊ q infinita puncta magnitudinis transeantur in infinitis Lib.8. nūc temporis: nō autem in nunc finitis. Est autem sciendum q hec solutio est ad hominem ⁊ non ad veritatem sicut infra. Aristo. manifestabit in. 8. ¶ Tertio ibi. Lec.17. Cō.68.⁊ Lec.11.

¶ Neque iam infinituz potest in finito tempore transire: neque in infinito finituz: sed si quidez tempus infinituz sit: ⁊ magnitudo erit infinita: ⁊ si magnitudo ⁊ temporis. hu⁹ tex. Cō.77.


¶ Probat quod supra posuit: ⁊ primo resumit ꝓpositū: scdo probat: ibi. Sit enim magnitudo. Dicit ergo primo q nulluz mobile potest transire infinitum spacium in tempore finito: neqz finitum spacium in tempore infinito. Sed oportet si tempus est īfinitum q magnitudo sit infinita: ⁊ econuerso. ¶ Secundo ibi.

¶ Sit enim magnitudo finita in qua est. a. b. Tempus autem infinitum: in quo est. g. Accipiatur igitur temporis aliquid finitum in quo sit. g. d. in hoc igitur transibit aliquid magnitudinis. Et sit quod transitum est: in quo est. b. e. Hoc autem aut mensurabit in quo est. a. b. aut deficiet: aut excellet. Differt enim nihil: si enim semper equalem que est in. b. e. magnitudinem in equali tempore transibit. Hoc T.c.20.

autem mensurat totum. Finitum erit omne tempus in quo transibit: in equalia enim diuidetur sicut ⁊ magnitudo.

¶ Probat ꝓpositum: ⁊ primo ꝙ tp̄s nō potest esse infinitum si magnitudo sit finita. scd̄o ꝙ econuerso si longitudo sit infinita tp̄s nō pōt esse finitum. ibi. (Eadem autē demonstratio est.) Primū aūt ostendit duabus rōnibus quarꝫ prima talis est: sit magnitudo finita que est. a. b. ⁊ sit tempus infinitū quod est. g. accipiatur aūt huius tp̄is infiniti aliqua pars finita que sit. g. d. q̄r igit mobile p totū tp̄s. g. pertrāsit totā magnitudinē. a. b. opꝫ ꝙ in hac parte tp̄is que est. g. d. pertranseat aliquā partē illi⁹ magnitudinis que quidē sit. b. e. cum aūt. a. b. magnitudo sit finita ⁊ maior. b. e. g. d. aūt finitū ⁊ minus ipso. g. necesse est ꝙ. b. e. aut mensuret totū. a. b. aut deficiet aut excellet in mensurando. si multotiens sumatur. b. e. sic enīꝫ omne finitū minus se hꝫ ad finitum maius: vt pꝫ in numeris. Ternarius enim qui est minor senario bis acceptus mēsurat ipsū: quinariū vero qui etiā est maior nō mēsurat: bis acceptus sed excedit: plus enīꝫ est bis tria ꝙ̄ quinqꝫ similiter etiā ⁊ septenariū bis acceptus nō mēsurat. Sꝫ deficit ab eo: minus. n. est bis tria ꝙ septem: sed tn̄ si trinarius ter accipiat excedet etiā septenariū. Nihil auteꝫ differt quocūqꝫ modo horꝫ triuꝫ. b. e. se habeat ad. a. b. q̄r idē mobile sēp ptrāsibit magnitudinē equalē ei qđ est. b. e. in tp̄e equali ei: qđ est. g. d. sed. b. e. mensurat totū a. b. vel excedit ipsuꝫ: si multotiēs sumat: ergo ⁊. g. d. mēsurabit totū tp̄s. g. vel excedit ipsuꝫ si multotiēs sumat: ⁊ sic oꝫ ꝙ totū tp̄s. g. sit finitū in quo ptrāsit totā magnitudinē finitā: q̄r oꝫ ꝙ in eq̄lia ſm numerꝫ diuidat tp̄s sicut ⁊ magnitudo. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Demonstratio prima per quam probatur ꝙ si magnitudo est finita quod tempus est finitū: ⁊ sumitur hec demonstratio ex proportione partis ad totum.




T. c. 21. ¶ Amplius autem si non oēm magnitudineꝫ in infinito tempore transibit: sed ꝯtingit aliquaꝫ ⁊ infinito tēpore transire: vt que est. b. e. hec auteꝫ mensurabit totam: ⁊ equalem in equali transibit. Quare ⁊ finitum erit tempus.

¶ Que talis est q̄uis enim detur ꝙ magnitudinē finitā que est. a. b. pertrāseat aliquod mobile in tp̄e īfinito: nō tamen potest dari ꝙ oēm magnitudinem ptrāseat in tēpore infinito q̄r videmus ꝙ multe magnitudines finite temporibus finitis pertranseuntur. Sit igit magnitudo finita que est. b. e. que pertrāseatur tp̄e finito. Sed. b. e. cum sit finita mensurat. a. b. que est etiāꝫ finita: sed idem mobile ptransibit equalē magnitudineꝫ ei que est. b. e. in equali tp̄e finito in quo ipsaꝫ pertransibat: ⁊ ita quot accipiebantur magnitudines equales. b. e. ad cōstituendā totā. a. b. tot tempora finita equalia accipientur ad mēsurationē vel constitutionē totius temporis: vnde sequitur ꝙ totum sit finitum: differt aūt hec rō a prima: q̄r in p̄ma rōne. b. e. ponebat pars magnitudinis. a. b. hic aūt b. e. ponit quedā alia magnitudo separata. Necessitatē autem huius secunde rationis posite ostēdit cū subdit.

¶ Quot autem nō in infinito tp̄e trāsit quod est b. e. manifestum est si accipiatur in altera finituꝫ tp̄s: si enim in minori parte transit hanc necesse est finitam esse altero termino existente.

¶ Posset enim aliquis contra primam rationē cauillādo dicere ꝙ sicut totam magnitudinē. a. b. pertransibit in tempore infinito ita ⁊ qualibet partem eius: ⁊ sic partes. b. e. nō pertrāsibit tempore finito. Sed q̄r nō potest dari ꝙ qualibet magnitudinem pertranseat tempore infinito: oportuit inducere scd̄ā rationem ꝙ. b. e. sit quedam alia magnitudo quā tēpore finito pertranseat: ⁊ hoc est quod subdit ꝙ manifestum est ꝙ mobile non pertrāsit magnitudinem que est. b. e. in infinito tempore si accipiatur in altera finituꝫ tempus idest si accipiatur aliqua alia magnitudo a prima que dicatur. b. e. quā pertransibit tempore finito. Si enim in minori tempore pertrāsit partem magnitudinis ꝙ̄ totum necesse est hanc magnitudinem que est. b. e. finitā esse altero termino existēte finito scilicet. a. b. quasi dicat: si tempus in quo pertrāsibit. b. e. est finitum: ⁊ minus tp̄e infinito in quo pertrāsibit. a. b. necesse est. ꝙ. b. e. sit minor ꝙ̄. a. b. ⁊ ita ꝙ. b. e. sit finita cum. a. b. finita sit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Demonstratio secunda per quā probatur idem quod supra: ⁊ sumitur ex proportione cuiuslibet finiti ad quodlibet finitum.



¶ Eadem aūt demonstratio est: ⁊ si longitudo quedam infinita sit: tempus autem finitum. T. c. 22.

¶ Ponit ꝙ eadem demōstratio est ducens ad impossibile si dicatur ꝙ longitudo vt infinita ⁊ tempus finitū: q̄r accipietur aliq̄d lōgitudinis infinite quod erit finitum:

sicut accipiebatur aliquid temporis infiniti q̃ est finitum. ℭ Vel inde cum dicit.

ℭ Manifestuȝ igitur ex dictis est: q̃ neq; linea: neq; planū: neq; omnino nullum continuoruȝ erit atomus: non solum propter id quod nunc dictum est: sed q̄ accidit diuidi atomum.


ℭ Probat q̃ nullū ꝯtinuum est indiuisibile: ⁊ p̄mo ostēdit q̃ incōueniens sequit̄ si hoc ponat̄. scḋo ponit demōstrationeȝ ad illud incōueniens ducentē: ibi. ⌊ Qm̄ eniȝ in omni tp̄e. ⌋ Dicit ergo primo manifestū esse ex dictis q̃ neq; linea neq; planū. i. supficies: neq; oīno aliqḋ cōtinuum est atomus. i. indiuisibile: tum pp̄ter predicta: q̄ vȝ. impossibile est aliqḋ ꝯtinuū ex indiuisibilibus componi: cū tn̄ ex continuis possit cōponi ꝯtinuū: tū etiā q̄ sequeretur q̃ indiuisibile diuideretur. ℭ Secundo ibi.


T.c.23. ℭ Quoniā enim in omni tp̄e velocius ⁊ tardius est. Velocius aūt plus transit in equali tp̄e: ꝯtingit aūt ⁊ duplicē ⁊ hemioliā transire longitudinē. Sit enim hec rō velocis. Adducat̄ igit̄ velocius f̄m hemioliū in eodem tp̄e: ⁊ diuidant̄ magnitudines: que qdē velocioris sunt. a. b. c. d. in tres atomos: que vero sunt tardioris in duos: in quibus sunt. e. ȝ. i. Itaq; ⁊ tp̄s diuidet̄ in tria atoma. Equale enim inequali tp̄e trāsibit. Diuidatur igit̄ tp̄s in ea que sunt. k. l. m. n. Iterū autem qm̄ deductum est tardius per. e. ȝ. i. ⁊ tp̄s secabitur in gemina. Diuidet̄ ergo atomum ⁊ impartibile: nō enim in atomo trāsit: sȝ in pluri. Manifestuȝ ergo est q̃ nihil ꝯtinuoꝝ impartibile est.

hemiolia dicit̄ sexqualtera proportio.

ℭ Ponit demōstrationē ad hoc inconueniens ducentē: in qua primo presupponit quedā superius manifestata: quoꝝ vnū est q̃ in omni tp̄e cōtingat velocius ⁊ tardi⁹ moueri: scḋȝ est q̃ velocius plus ptransit de magnitudine in equali tp̄e. Tertiū est q̃ ꝯtingit esse excessuȝ velocitatis ad velocitatē: ⁊ longitudinis ptransire ad lōgitudinē f̄m diuersas ꝓportiones puta f̄m duplicem que est ꝓportio duoꝝ ad vnū: ⁊ f̄m hemioliā que hȝ totū ⁊ dimidium: que alio modo dr̄ sexquialtera: vt proportio trium ad duo vel f̄m q̄tācūq; aliā ꝓportionem: ex his aūt suppositis sic ꝓcedit. Sit hec ꝓportio velocis ad velox vt inueniat̄ aliqḋ veloci⁹ altero f̄m hemioliū. i. sexquialterā ꝓportionē: ⁊ sit ita q̃ veloci⁹ ptrāseat vnā magnitudinē q̄ sit. a. b. c. d. cōpositā ex trib⁹ magnitudinib⁹ indiuisibilib⁹: q̄rū vna sit. a. b. alia. b. c. tertia. c. d. in eodē aūt tp̄e opȝ q̃ tardi⁹ f̄m p̄dictā ꝓportionē ptrāseat magnitudinē cōpositā ex duab⁹ indiuisibilib⁹ magnitudinibus q̄ sit magnitudo. ȝ. e. i. ⁊ q̄ tp̄s diuidi pōt sicut etiaȝ magnitudo necesse est q̃ tp̄s in quo veloci⁹ pertrāsit tres magnitudines diuidat̄ in tria idiuisibilia: q̄ opȝ q̃ eq̄le in eq̄li tp̄e pertranseat. Sit ḡ tp̄s. k. l. m. n. diuisum in tria indiuisibilia. Sȝ q̄ tardius in eodē tp̄e mouet̄ p. e. ȝ. i q̄ sunt due magnitudines indiuisibiles necē est q̃ tp̄s diuidat̄ i duo media: ⁊ sic sequet̄ q̃ idiuisibile diuidat̄: oportebit. n. q̃ tardius vnā magnitudinē indiuisibilē pertranseat in vno indiuisibili tp̄e ⁊ dimidio. Nō. n. pōt dici q̃ vnā idiuisibilē magnitudinē trāseat in vno tp̄e indiuisibili: q̄ sic nō pl⁹ moueret̄ velocius q̄ tardius: ḡ relinquitur q̃ tardius ptrāseat indiuisibilē magnitudinē in pluri q̄ in vno idiuisibili tp̄e: ⁊ i minori q̄ duob⁹: ⁊ sic oportebit vnū indiuisibile tp̄s diuidi: ⁊ eodē modo sequit̄ q̃ indiuisibilis magnitudo diuidat̄ si ponatur q̃ tardius moueat̄ per tres indiuisibiles magnitudines in trib⁹ indiuisibilibus tp̄ibus: velocius eniȝ in vno indiuisibili tēpore mouebit per plures q̄ per vnam indiuisibilem magnitudinem: ⁊ per minus q̄ duas. Unde manifestum fit q̃ nullum continuū pōt esse indiuisibile. Lectio. V.

ℭ Demonstratio q̃ nullum continuum est compositum ex indiuisibilibus.





Necesse est autem ⁊ ipsuȝ nūc quod non secundum alterum: sed per se ⁊ primum dictuȝ indiuisibile ⁊ in omni tempore huiusmodi esse. T.c.24

Lec.3. t.co.16. ⁊.17.

ℭ Postq̄ ondit p̄hs q̃ nullū ꝯtinuū ex indiuisibilib⁹ cōponit̄ neq; indiuisibile ēē: ex quib⁹ apparet motum esse diuisibilem. Hic determinat de diuisione motus: ⁊ primo premittit quedā necessaria ad mot⁹ diuisionē: secūdo de ipsa motus diuisione determinat: ibi. ⌊ Motus aūt est diuisibilis dupliciter. ⌋ Circa p̄m̄ duo facit: primo ostendit q̃ in indiuisibili tp̄is non cōtingit esse motū neq; quietē: scḋo ondit q̃ indiuisibile nō pōt moueri: ibi. ⌊ Qḋ mutat̄ aūt omne. ⌋ Circa p̄m̄ duo facit: p̄mo ostēdit q̃ indiuisibile tp̄is est ipsum nunc: scḋo q̃ in nūc nihil mouet̄ aut quiescit: ibi. ⌊ Qḋ aūt nihil in ipso nūc mouet̄. ⌋ Circa hoc tria facit: p̄mo ꝓponit qḋ intendit: scḋo ponit ea ex quib⁹ ꝓbari pōt ꝓpositū: ibi. ⌊ Est enim aliqḋ vltimū eius. ⌋ Tertio proponit qḋ ad hec cōsequit̄: ibi. ⌊ Necesse igit̄. ⌋ Circa primū considerandū est q̃ aliqḋ dr̄ nunc f̄m alterū ⁊ non f̄m seipsum: sicut dicimus nunc agi q̃ in toto p̄senti die agit̄: tn̄ tot⁹ dies p̄ns nō dicit̄ p̄ns f̄m seipsuȝ: sed f̄m aliqḋ sui. Manifestum est. n. q̃ totius diei aliqua pars preterijt: ⁊ aliq̄ futura est. Qḋ aūt preterijt vel futurū est nō est nūc: sic ergo pȝ q̃ totus dies p̄ns non est nunc primo ⁊ p se. sed per aliqḋ sui: ⁊ sl̄r nec hora nec quodcūq; aliud tp̄s: dicē ergo q̃ id quod dicitur nūc primo ⁊ per se ⁊ nō f̄m alterum ex necessitate est indiuisibile: ⁊ iteruȝ ex necessitate est in omni tempore. ℭ Secundo ibi.

ℭ Est enim aliquid vltimum eius quod factum est: cuius super hoc nihil futuri est: ⁊ iterum futuri est cuius super hoc nihil est illius quod factum est: quod vtiq; diximus vtrisq; esse terminum. Hoc autem si demonstretur: quoniaȝ hoc T.c.25.

huiusmodi est per se: ipsum simul manifestum erit q indiuisibile est.

¶ Probat propositum: manifestū est enim q cuiuslibet ɔtinui finiti est accipe aliqḋ vltimū extra quod nihil est eius cuius est vltimū: sicut nihil linee est extra pūctū qḋ terminat lineā: tps aūt preteritū est qḋdā ɔtinuū finituz ad presens. Est ergo accipere aliqḋ vltimū ei⁹ qḋ factū est. i. preteriti extra qḋ nihil est preteriti: infra qḋ nihil est futuri: similiter erit accipere aliqḋ vltimū futuri infra qḋ nihil preteriti: illud vltimū est termin⁹ vtriusq .s. preteriti futuri: qꝛ cum totum tempus sit continuuz opz q preteritū futurū ad vnum terminū copulentur. Si igit de aliquo demōstret q ipsuz sit tale per seipsuz: qḋ est eē nūc per seipsuz nō per aliqḋ sui simul cū hoc manifestum erit q sit indiuisibile. ¶ Tertio ibi.

T.c.26. ¶ Necesse est igitur ipsum idem esse ipsum nūc: quod vtrisqꝫ temporibus vltimum est.

¶ Ondit quoddā ɔñs ad ꝑmissa: circa hoc duo facit: primo ondit: supposito q nūc sit indiuisibile: q oporteat idem nūc esse qḋ est terminus preteriti terminus futuri: scḋo ondit q ecōuerso si est idē vtrūqꝫ nūc opz q nūc sit indiuisibile. ibi. [At vero si idē est.] Circa pmū duo facit: pmo ɔcludit ex dictis q necesse est esse idē nūc qḋ est vltimū vtriusq tpis. s. pteriti futuri. ¶ Scḋo ibi.

¶ Si enim alteruz est: consequenter non erit alterum alteri propter id quod non est continuuz ex impartibilibus. Si autem seorsuz est vtrūqꝫ inter est tps. Omne eniz continuuz huiusmodi est. Quare erit vniuocum medium terminoruz. At vero si tempus medium est: diuisibile erit. Omne enim tempus ostensum est quod diuisibile sit. Quare diuisibile est ipsum nunc.

¶ Probat tali rōne si est alteꝝ nunc qḋ est ꝑncipiū futuri: alteꝝ qḋ est finis preteriti: opz q hec duo nunc vel sint ɔñr adinuicē: ita q imediate sibi succedāt: vel opz q vnū sit seorsuz ab altero distās ab eo: sed nō pōt dici q vnū ɔñter se habeat ad alterū: qꝛ si sequeret tps cōponi

Lec.1. T.co.1. ex nūc aggregatis: qḋ nō pōt esse: ꝓp id qḋ nullū ɔtinuū componit ex ipartibilibus: vt supra ostēsum est: nec etiā dici pōt q vnū nunc sit seorsuz ab altero distās ab eo: qꝛ tunc oporteret q inter illa duo nūc esset tps mediū: hec

Supra Lec.1. T.co.3. Primo est enim natura ois ɔtinui: q inter quelibet duo indiuisibilia sit ɔtinuū mediū: sicut inter quelibet duo puncta linea. Qꝫ aūt hoc sit impossibile ondit dupli. qꝛ si aliqḋ esset tps mediū inter predicta duo nunc: sequeret q aliquod vniuocū eiusdē generis esset mediū inter duos terminos: qḋ est impossibile: nō eniz est possibile q inter extrema duaꝝ linearū se tangentiū: vel ɔñter se habentiū

Lec.5. T.c.35. sit aliqua linea media: hoc enim esset ɔtra rōnem ei⁹ qḋ est ɔñter: qꝛ ɔsequenter sunt: vt supra dictū est: quoꝝ nihil est mediū proximi generis: sic cum tps futurū cōsequēter se habeat ad preteritū: impossibile est q īter terminū futuri terminū preteriti cadat aliqḋ tempus mediū. Alio mō ondit idē sic. qcqḋ est mediū inter preteritum futurū dr nūc. Si igit tēpus aliqḋ sit mediū inter extrema tpis preteriti futuri: sequit q totū illud dicat nunc: sed omne tps est diuisibile: vt ostensum est: ergo sequetur q ipsum nunc sit diuisibile. Et q̄uis supra posuerit principia ex quib⁹ ꝓbari pōt q nunc sit indiuisibile: qꝛ tamen conclusionem non deduxerat ex ꝑncipijs: hic consequenter ostendit q nunc sit indiuisibile ibi.

¶ Si autē diuisibile est ipsum nunc: erit aliquid quod factum est in futuro: futuri in eo quod factum est. Secundum quod enim diuidetur hoc: determinat preteritū futurum tempus.

¶ Et hoc triplici rōne: quaꝝ prima est qꝛ si nunc sit diuisibile sequetur q aliqḋ de preterito sit in futuro: aliqḋ futuri sit in preterito: cū. n. nunc sit extremuz preteriti: extremū futuri: omne aūt extremū est in eo cuius est extremum sicut punctū in linea: necesse est q totuz nunc sit in tpe preterito vt finis: in tpe futuro vt principiū: sed si nūc diuidatur: opz q illa diuisio determinet preteritū futurū: omnis enim diuisio in tpe facta distinguit preteritū futurū: cum omniū partiū temporis vna cōparetur ad aliā vt preteritū ad futuꝝ: sequet ergo q ipsius nūc aliqḋ sit preteritū aliqḋ futuꝝ: ita cū nūc sit in pterito in futuro sequet q aliqḋ futuri sit in pterito aliqḋ preteriti sit in futuro. ¶ Scḋam rōnem po. ibi. triplici ratione. Prima

¶ Simul aūt non per se erit hoc nunc: sed ꝓm alterum. Diuisio enim non secunduz ipsum est. T.c.27.

¶ Quia si nunc sit diuisibile nō erit nūc ꝓm seipsum: sed ꝓm alterū: nullū. n. diuisibile est sua diuisio qua diuidit. Ipsa aūt diuisio tpis est nunc: nihil. n. aliud est diuisio cōtinui q̄ terminus cōis duabus partibus: hoc autem intelligimus per nunc qḋ est terminus cōis pteriti futuri. Sic ergo manifestum est q id quod est diuisibile non potest esse nunc ꝓm seipsum. ¶ Tertiā rōnem ponit ibi.

¶ Adhuc aūt ipsius nunc hoc qdem factū erit: illud aūt futurū: non semper idez factū est futurum. Neqꝫ itaqꝫ ipsum nūc idem est simul. Multipliciter enim diuisibile est tēpus. Quare si hoc impossibile est inesse ipsi nunc necesse est idem esse ei quod in vtroqꝫ nunc est. T.c.28.

¶ Que talis est. semp facta diuisione tpis vna ps est pterita alia futura. Si igit nūc diuidat opz q aliqḋ ei⁹ sit pteritū aliqḋ futuꝝ. Sꝫ nō idē est pteritū: futuꝝ: sequit ḡ q ipm nūc nō sit idē sibi ipsi q̄si totū sit exñs: qḋ est ɔtra rōnē ei⁹ qḋ dr nūc: cū. n. dicim⁹ nūc: intelligimus simul in ꝑsenti eē. Sed oportebit multā diuersitatē esse in nunc successionem sicut in tempore qḋ multipliciter est indiuisibile. Sic ergo ostenso q nūc nō sit diuisibile qḋ erat consequens ad hoc q dicebat non esse idez nunc qḋ est extremū preteriti futuri: destructo ɔsequēte concludit destructionē antecedētis: hoc est qḋ dicit q si hoc est impossibile inesse ipsi nunc. s. q sit diuisibile: necesse est dicere q idem sit nunc quod est extremū vtriusq temporis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vero si idem est: manifestum q indiuisibile. Si enim diuisibile est: iterum contingent eadem que prius. Quot quidem igitur sit aliquid in tempore indiuisibile: quod dicimus esse ipsum nūc: manifestuz est ex his que dicta sunt. T.c.29.


¶ Ostendit q ecōtrario si idem est nūc preteriti futuri necesse est q nunc sit indiuisibile: qꝛ si esset diuisibile sequerent oia predicta incōuenientia: sic ex quo nō pōt dici q nūc sit diuisibile q̄si existente altero nunc pteriti: altero nunc futuri. nec etiā est diuisibile si ponatur idez. Cōcludit manifestū esse ex dictis q necesse est in tpe esse aliquid indiuisibile qḋ dr nunc. ¶ Deinde cum dicit.


¶ Quot autem nihil in ipso nunc mouetur ex his manifestum est. Si nanqꝫ est contingit velocius moueri in ipso nunc tardius. sit ip-


sum nunc in quo.n. moueatur autem velocius
in ipso per a.b. Ergo tardius in ipso per mino/
rem q̃z sit.a.b.mouebitur vt per.a.g. Quoniaz
autez tardius in toto ipso nunc mouebatur per
a.g.velociꝰ in minori q̃z hoc mouebitur. Qua
re diuidetur ipsum nunc sed erat indiuisibile.
Non ergo est moueri in ipso nunc.

¶ Ostendit ꝙ in nūc nō pōt esse nec motus nec quies:ꝛ
ꝑmo oñdit de motu:scdo de quiete:ibi.⌊At vero neqꝫ
quies eē.⌋Dicit ḡ ꝑmo manifestū esse ex his que sequū
tur ꝙ in nūc nihil possit moueri:qꝛ si aliqd potest moue
ri in nūc ꝯtinget in nūc moueri duo mobilia:quoꝝ vnū
sit velocius:ꝛ aliō tardiꝰ. Sit ḡ ipsuz nūc n.ꝛ aliqō cor
pus velocius moueaꝛ in n.per a.b.magnitudinē:sꝫ tar-
dius in equali minus moueꝛ:ergo tardius in hoc instāti
moueꝛ per minorē magnitudinē q̄ est.a.g.sꝫ velociꝰ idē
spaciū pertransit in minori q̄ tardius:qꝛ ergo corpus tar-
dius mouebaꝛ per.a.g.magnitudinē in toto ipso nūc:se
quitur ꝙ velocius moueatur per eandē magnitudinem
in minori q̄ nunc.ḡ nūc diuidiꝛ:sed oñsuz est ꝙ nunc est
īdiuisibile:ḡ nō pōt aliqd moueri in nunc. ¶ Scdo ibi.

¶ Demōstratio oñdens ꝙ in ipso nūc motꝰ esse nō pōt.







¶ At vero neqꝫ quiescere. Quiescere enim dixi
T.c.30. mus aptum natum moueri: quod non moue
tur:quando aptum natum est:ꝛ quo:ꝛ sic. Qua
re quoniam in ipso nunc nihil aptum natum est
moueri:manifestum qꝛ neqꝫ quiescere.

¶ Oñdit idē de quiete tribꝰ rōnibus:quaꝝ prima talis
est:dictū est.n.in quinto ꝙ illō quiescit qō est aptū natuz
Lec. 4. moueri:ꝛ nō moueꝛ qñ aptum natum est moueri:ꝛ sm
T.c.20. illam partē qua natū est moueri:vel eo modo quo natū
est moueri. Si.n.aliqd caret eo qō nō est natū hr̃e:vt la
pis visu:aut eo tpe qñ nō est natū hr̃e:vt canis ante no-
num diem:aut in ea pte qua nō natū est habere sicut in
pede vel in manu:aut eo modo quo nō natū est hr̃e:vt
si hō nō videat ita acute:vt aquila:nō ꝓpter hoc dr̃ eē
priuatū visu:quies aūt est priuatio motꝰ:vñ nihil quie-
scit nisi qō est aptū natū moueri:ꝛ qñ natum est moueri.
Sꝫ oñsuz est ꝙ nihil aptū natū est moueri in ipso nūc:ḡ

manifestū ē ꝙ nihil q̇escit i nūc. ¶ Scdaꝫ rōnē po.ibi.

¶ Amplius si idem quidem nunc in vtrisqꝫ tē T.c.31.
poribus est:contingit autem hoc quidem mo/
ueri:illud autem quiescere per totum. ¶ Quod
autē mouetur in tempore toto:in quolibet mo/
uebitur hoc:secundum quod aptu natū est mo/
ueri:ꝛ quiescens similiter quiescet. contingit idē
simul quiescere ꝛ moueri. idem enim vltimum
temporum vtrorūqꝫ ipsum nunc.

¶ Que talis est.illō qō mouetur in toto aliquo tpe mo
uetur in quolibet illiꝰ tpis in quo natū est moueri:ꝛ sir
qō quiescit in aliquo toto tpe quiescit in quolibꝫ illiꝰ tē
poris in quo natū est quiescere:sꝫ idē nunc est in duobꝰ
tēporibus:in quoꝝ vno toto quiescit: ꝛ in altero toto
moueꝛ:sic̄ appet in eo qō post quietē moueꝛ:ꝛ post mo
tū quiescit. Si igiꝛ in nūc aliqd natū est quiescere ꝛ mo-
ueri:sequereꝛ ꝙ aliquid simul quiesceret ꝛ moueret: qō
est impossibile. ¶ Tertiam rationem po.ibi.

¶ Amplius autem quiescere quidē dicimus:qō T.c.32.
similiter se habet ꝛ ipsum ꝛ partes ꝛ nunc ꝛ pri/
us:in ipso autem non est prius:quare neqꝫ quie
scere. Necesse est ergo ꝛ moueri: quod moue-
tur in tempore:ꝛ quiescere quiescens.

¶ Que talis est:illud dicimus quiescere qō se hꝫ simili-
ter ꝛ nūc ꝛ prius ꝛ sm se totū ꝛ sm partes suas:ex hoc
enim diciꝛ aliqd moueri qō nunc ꝛ prius dissimiliter se
hꝫ:vel sm locū:vel sm q̄titatē:vel sm qualitatem:sꝫ in
ipso nunc nō est aliqd prius:qꝛ sic nunc esset diuisibile:sꝫ
li prius pertinet ad preteritum:ergo non ꝯtingit in nūc
quiescere. Ex hoc aūt vlterius ꝯcludit ꝙ necesse est om
ne quod mouetur ꝛ omne quod quiescit moueri ꝛ quie-
scere in tempore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod mutatur autem omne:necesse est diui
sibile esse. Quoniam enim ex quodā in quiddā
oīs mutatio:ꝛ cum quidem fit in hoc in qō mu
tatū est:non amplius mutaꝛ. Cum aūt est in eo
ex quo mutatum est:ꝛ ipsum ꝛ partes oēs non
mutanꝛ. Qō enim similiter se hꝫ ꝛ ipsum ꝛ par-
tes oēs non mutatur. Necesse igitur hoc qdem
aliqui in hoc esse:aliud vero in altero mutātis.
Nō enim in vtrisqꝫ neqꝫ in neutro possibile est
esse:dico autem in quod mutaꝛ primū sm muta
tionez:vt ex albo in fuscum non in nigrum:non
enim necesse est quod mutatur in quocūqꝫ esse
vltimorum. Manifestuz igitur est:ꝙ omne qō
mutatur erit diuisibile.

¶ Ostēdit ꝙ omne qō mouetur est diuisibile tali ratione
oīs mutatio est ex quodam in quiddā:sed qñ aliquid est
in termino ad quē mutatur:vlterius nō mutaꝛ:sed iam
mutatū est:nō.n.simul aliqd moueꝛ:ꝛ mutatū est vt su- Lec.1.
pra dictū est:qñ vero aliqd est in termino ex quo mutaꝛ t.co.7.
sm se totum ꝛ sm oēs partes suas tunc nō mutaꝛ:dictū
est enim ꝙ illud quod similiter se habꝫ ꝛ ipsuz ꝛ omnes
partes eius nō mutatur:sed magis quiescit. Addit autē
⌊ꝛ omnes partes⌋quia cum aliquid incipit mutari nō
simul totum egreditur de loco quē prius occupabat:sed
pars post partē:neqꝫ iterum pōt dici ꝙ sit in vtroqꝫ ter
mino sm se totū ꝛ sm ptes suas dum moueꝛ. Sic.n.ali-

quid esset simul in duobus locis:neqꝫ iterum pōt dici ꝙ in neutro termino ꝑ sit:loquimur.n.nūc de ꝓximo termino in quē mutatur:ꝛ nō de vltimo extremo sicut si ex albo aliquid mutet in nigrum:nigrū est vltimū extremū: fuscū vero est proximum.ꝛ similiter si sit vna linea diuisa inter ptes equales.s.linea.a.b.c.d manifestū est ꝙ mobile in principio motus est in pte.a.b.sicut in loco sibi eq̄li: contingit tñ in aliqua pte sui motus nō esse neqꝫ in.a.b. neqꝫ in.c.d qm̄qꝫ totum est totū in.b.c.Cū ergo dr̄ ꝙ illud qd̄ mutat̄ qn̄ mutatur non pōt in neutro esse: accipit̄ nō extremus terminus sed ꝓximus.Relinquit̄ ḡ ꝙ oē qd̄ mutat̄ dū mutat̄ fm̄ aliquid sui est in vno:ꝛ fꝫ aliqd̄ sui est in altero:sicut cū aliquid mutat̄ de.a.b.in.b.c.in ipso moueri ps egredit̄ de loco.a.b.ingredit̄ locum.b.c.ꝛ qd̄ mouet̄ de albo in nigrū ps que desinit esse alba fit fusca vel pallida.Sic igit̄ manifestū est ꝙ oē qd̄ mutat̄ cuꝫ sit ptim in vno ꝛ ptim in altero est diuisibile. ¶ Sciendū

primum dubium est aūt ꝙ Cōmentator:in hoc loco mouet dubitationē de hoc ꝙ si Aristo.nō intēdit hic demōstrare ꝙ mobile sit diuisibile nisi de mobili qd̄ mouet̄ motu quē dixit esse in solis trib⁹ generibus.s.q̄titate q̄litate ꝛ vbi:demōstratio sua nō erit vniuersalis sed pticularis:qꝛ etiā ꝙ mutatur fm̄ substantiā diuisibile inuenit̄:vnde vr̄ ꝙ intelligat de eo qd̄ transmutat̄ fm̄ quācūqꝫ transmutationem: vt includat̄ generatio ꝛ corruptio in substantia.ꝛ hoc etiā ex ipsis verbis eius appet.Non.n.dicit qd̄ mouet̄:sꝫ qd̄ mutatur:sꝫ tunc vr̄ sua demōstratio nō valere:qꝛ alique trāsmutatiōes sunt indiuisibiles:sicut ipsa generatio substantialis:ꝛ corruptio q̄ nō sunt in tpe:ꝛ in hmōi trāsmutationibus non est verū ꝙ illud qd̄ mutat̄ sit partim in

Solutio Alexan. vno ptim in alio.Nō.n.cū ignis gn̄at̄ ptiꝫ est ignis ptim

Improbatio. non ignis.ꝛ inducit ad hꝰ plures solōnes: quaꝝ vna est Alex.dicētis ꝙ nulla trāsmutatio est indiuisibilis aut in nō tpe. ¶ Sꝫ hoc reprobat:qꝛ p hoc destruit̄ quoddā ꝓbabile ꝛ famosū apud Ari.ꝛ oēs pipateticos.s.ꝙ alique transmutationes sint in nō tpe vt illuminatio ꝛ alia

Solutio Themistij. hmōi.Inducit ēt solutionē Themistij dicentis:ꝙ ꝛ si sit aliq̄ transmutatio in nō tēpore:tñ hoc latet.ꝛ Arist. vtitur eo qd̄ est manifestū.s.ꝙ transmutatio sit in tēpore:ꝛ

Improbatio. hoc reprobat:qꝛ eodē modo se hꝫ de diuisione mutationis ꝛ mutabilis:ꝛ adhuc vr̄ latenti⁹ diuisibilitas mobilis q̄ꝫ mutationis:vnde demōstratio.Aristo.nō esset efficax:qꝛ posset aliquis dicere:ꝙ lꝫ ea que mutantur mutationibus maxime diuisibilib⁹ sint diuisibilia:sunt tñ ali-

Solutio auēpace qua mutabilia latētia que sunt indiuisibilia. Ponit etiā solutionem.Auēpace dicentis ꝙ hic non agitur de diuisione mutabilis fm̄ quātitatē:sed de diuisione mutabilis fm̄ ꝙ subiectū diuiditur per accidentia contraria de

Solutio Auerro. quoꝝ vno mutat̄ in alterū:ꝛ addit postea suā solutionē ꝙ ille mutationes q̄ dicunt̄ in non tpe sunt termini quorundā motuū indiuisibilium:accidit ergo aliquid transmutari in non tempore inq̄tum.s.quilibet motus terminatur in instanti:ꝛ qꝛ illud qd̄ est per accidēs pretermittitur in demōstrationibus:ideo illo Aristo.in hac demō-

Solutio vera.s. Thome ꝯtra Cōmētatorē ꝛ oēs expositores idē dubium mouentes. stratione vtitur ac si ois mutatio sit diuisibilis ꝛ in tempore.Sꝫ si quis recte consideret hec obiectio non est ad propositū.Non enim Aristo.in sua demōstratione vtit̄ quasi principio ꝙ omnis sit mutatio diuisibilis:cum magis econuerso ex diuisione mobilis ꝓcedat ad diuisionē mutationis:vt infra patebit:ꝛ sicut ipse post dicet:diuisibilitas per prius est in mobili q̄ꝫ in motu vel mutatione:sed vtitur principijs per se notis que necesse est cōcedere in quacūqꝫ mutatione.s.ꝙ illud ꝙ mutatur quādo est fm̄ totum ꝛ ptes in termino a quo mutat̄ nōduꝫ mutatur fm̄ illam mutationē:ꝛ quod qn̄ est in termino ad

quē non mutatur:sed mutatū est:ꝛ quod non pōt eē nec in vtroqꝫ totū nec in neutro sicut expositū est vn̄ ex necessitate sequit̄ ꝙ in qualibet mutatione illud quod mutatur dum mutat̄ sit partim in vno termino:ꝛ partim in alio.Sꝫ hoc diuersimode inuenit̄ in diuersis mutationibus.Nam in illis mutationibus inter quaꝝ extrema est aliquod mediū ꝯtingit ꝙ id quod mutat̄ dum mutatur partim sit in vno extremo ꝛ ptiꝫ in alio fꝫ ipsa extrema. In illis vero inter quaꝝ terminos non est aliud mediū: id qd̄ mutat̄ non est fꝫ diuersas ptes suas in diuersis extremis fm̄ ipsa extrema:sꝫ fm̄ aliqd̄ ei adiūctū:sicut cū materia mutat̄ de priuatione ad formā ignis dum est in ipso mutari est quidē sub ꝑuatione fm̄ seipsam:sed partim est sub forma ignis nō fm̄ seipsam:sed fm̄ aliquid ei adiunctū.s.fm̄ dispōnē ꝓpriā ignis quā partim recipit anteq̄ꝫ formā ignis habeat.Unde infra ꝓbabit Aristo.ꝙ etiā generatio ꝛ corruptio sunt diuisibiles:qꝛ qd̄ generat̄ ꝑus gn̄abat̄.ꝛ qd̄ corrūpit̄ ꝑus corrūpebat̄. ¶ Et forte hoc modo intellexit Alex.ꝙ ois trāsmutatio est diuisibilis.s.vel fm̄ seipsaꝫ vel fm̄ motū ei adiunctū. ¶ Sic etiā intellexit Themistius ꝙ Aristo.assumpsit id quod erat manifestū:ꝛ ꝑtermisit id qd̄ est latens:qꝛ nōdū erat locus tractandi de diuisibilitate vel indiuisibilitate mutationū:sꝫ hoc reseruat̄ in posterū:in oibus tñ vel diuisibilibus vel indiuisibilibus saluat̄ qd̄ Aristo.hic dicit:qꝛ etiam que dicunt̄ indiuisibiles mutationes sunt quodāmodo diuisibiles nō fm̄ ꝓpriā sua extrema:sꝫ per ea que eis adiūgunt̄. ¶ Et hoc est qd̄ Auer.dicere voluit ꝙ hꝰ est per accn̄s aliq̄s mutationes eē in nō tpe. ¶ Est etiā hic alia dubitatio:nō.n.vr̄ hoc verū in motu alteratiōis ꝙ id qd̄ alterat̄ ptim sit in vno termino:ꝛ partiꝫ in altero dum alterat̄.nō.n.sic ꝓcedit motus alteratiōis ꝙ pri⁹ vna pars alteret̄:ꝛ postea altera:sed totū ꝑus est minus calidū:ꝛ postea magis calidū:vnde etiā Ari.in lib. de sensu ꝛ sensato:dicit ꝙ nō sil'r se hꝫ in alteratiōe sicut in latione:lationes nāqꝫ rōnabiliter in medio ꝑus attingunt:quecūqꝫ v̾o alterant̄ non adhuc. Sil'r ꝯtingit enꝫ simul alterari ꝛ nō dimidiū ꝑus velut aquam oēm simul coagulari. ¶ Est aūt ad hoc dicendū ꝙ Ari.in hoc.6. libro agit de motu fm̄ ꝙ est ꝯtinuus:cōtinuitas aūt primo ꝛ per se ꝛ ꝓprie inuenitur in motu locali tm̄ qui solū pōt eē ꝯtinuus ꝛ regularis:vt ostendet̄ in.8.ꝛ iō demōstrationes in hoc libro posite ptinēt quidē ad motū localem ꝑfecte:ad alios aūt motus nō totaliter:sed fm̄ ꝙ aliqd̄ ꝯtinuitatis ꝛ regularitatis pticipāt. Sic ergo dicendū est ꝙ mobile fm̄ locū semꝑ pri⁹ subintrat locuꝫ in quē tendit fm̄ partē q̄ꝫ fm̄ totū. In alteratione autē est quidē vt sic:est aūt vt nō:manifestū est enim ꝙ ois alteratio sit per virtutē agentis qd̄ alterat: cuius virt⁹ q̄to fuerit maior tāto maius corpus alterare pōt:qꝛ igit̄ alterans est finite virtutis:vsqꝫ ad determinatā q̄titatem corpus alterabile subdit̄ eius virtuti:ꝛ simul recepit impressionē agentis:vnde sil'r alterat̄ totū:nō ps post pteꝫ: sꝫ illud alteratū iteꝝ alterat⁹ aliqd̄ aliud sibi ꝯiunctū:est tñ minoris efficacie in agēdo:ꝛ sic inde quousqꝫ deficiat v̾tus alteratiua:sicut ignis calefacit vnā ptē aeris statiꝫ: ꝛ illa calefacta calefac aliā:ꝛ sic ps post ptē alterat̄:vn̄ ꝛ Arist.in lib.de sensu ꝛ sen. post v̾ba ꝑmissa subiungit. Attamen si multū fuerit qd̄ calefit aut coagulat̄ habitū ab habito patit̄:ꝑm̄ aūt ab ipso faciēte trāsmutari necesse:ꝛ simul alterari ꝛ subito. Uerūtñ ꝛ in hoc ipso qd̄ sil'r alterat̄ est quādā successionē ꝯsiderare:qꝛ cum alteratio fiat per ꝯtactum alterationis:ptes alterati quanto magis appropinquāt ad corpus alterās ꝑfectius a ꝑncipio recipiunt impressionē alterantis:ꝛ sic successiue fm̄ or-

Margin notes (right): Lect.6. T.c.33. — defensio pro Ale. — pro themi. — p Auer. 2m dubm — Lec.16. col.4. — Solutio propria. — Lec.14. ꝛ.15.p totum.

dinē partium ad perfectā alterationē peruenit. ⁊ maxime qn̄ in corpore alterabili est aliquid cōtra resistens alteranti. Sic ergo ꝯcludit ꝙ id qđ mutat dū mutat partiz est in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem: quasi vna pars ꝑus perueniat ad terminū ad quē ꝙ alia: simpliciter ⁊ absolute veꝝ est in motu locali: in motu autez

Auēpace alterationis aliqualiter. vt dictū est. Quidam vero ecōuerso dixerunt ꝙ hoc qđ hic dicit magis habet veritatē in motu alterationis ꝙ in motu locali. Dicūt enim ꝙ hoc qđ dicit ꝙ id qđ mutatur partim est in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem nō sic est intelligēdū ꝙ vna pars ei᷒ qđ mouet sit in vno termino ⁊ alia in alio. Sz est referendū ad partes terminoꝝ. qꝛ scilicet id qđ mouetur partē habet de termino a quo ⁊ partē de termio ad quē: sicut illud qđ mouet de albedine in nigredinē ꝑmo nō habet ꝑfecte albedinē nec perfecte nigredinē: sed aliquid participat imperfecte de vtroqꝫ: in motu autē locali hoc nō videtur veꝝ. nisi fm id qđ mouetur dum est in medio duoꝝ terminorum quodāmodo aliquid participat de vtroqꝫ extremo. sicut si terra moueatur ad locuz ignis dum est in loco aeris in suo moueri partem habet vtriusqꝫ termini: inquātū scilicet locus aeris ⁊ est sursum respectu loci terre: ⁊ deorsuz respectu loci ignis. Hec aūt expositio erronea est ⁊ cōtra opinionem Arist. in primo quidē appet hoc ex ipsis verbis Arist. Cōcludit eniz necesse igit quidē aliquid in hoc eē. aliđ v̄o in altero mutantis. i. eius qđ mutatur. loquit ergo de partibus mobilis nō de partib᷒ terminoꝝ. secundo ex eius intentione: inducit. n. ad ꝓbandū id qđ mutat esse diuisibile: qđ non posset ꝯcludi ex premissis. vñ ⁊ Auēpace dixit ꝙ nō intendit hic ꝓbare ꝙ mobile sit diuisibile in partes quātitatiuas: sz fm formas: inquātū. s. id qđ mutat de ꝯtrario in cōtrariū dum est in ipso mutari hz aliquid de vtroqꝫ ꝯtrario: sz intentio Arist. est expresse ostendere ꝙ mobile est diuisibile in suas partes q̄titatiuas: sicut ⁊ alia cōtinua. ⁊ sic vtit in sequētib᷒ demōstratiōib᷒. ¶ Nec hoc


Alber. videt eē ꝯueniens qđ dicunt quidā: ꝙ per hoc ꝓbat etiā diuisibilitas mobilis fm cōtinuitatē: qꝛ per hoc ꝙ mobile dū mouet participat vtrūqꝫ terminū ⁊ nō statiz habet perfecte terminū ad quem manifestū est mutationez eē diuisibilē fm cōtinuitatem. ⁊ ita cū diuisibile nō possit eē in indiuisibili: sequit ꝙ etiaz mobile sit diuisibile: vt cōtinuū. ¶ Manifeste. n. Arist. in subsequētibus osten-

ꝑproba᷒ dit diuisionē motus ex diuisione mobilis. vñ si intēderet ꝯcludere diuisionē mobilis ꝑ diuisionē motus eēt demōstratio circularis. Tertio apparet hāc expositionē eē inꝯuenientē ex ipsa expositiōe Arist. cū dicit. ⌊dico aūt in qđ mutat primū fm mutationē.⌋ ex quo apparet ꝙ nō intēdit dicere ꝙ partim sit in termino a quo: ⁊ partim in termino ad quē: ꝓp hoc ꝙ sit in medio qđ ꝑticipat vtrūqꝫ extremū. sz qꝛ fm vnā partē sui est in vno extremo: ⁊ fz aliā in medio. ¶ Sz circa hāc expositionē Arist. dubiū

3m dubm eē videt qđ dicit⌊ in qđ ꝑmū mutat ⌋nō enim videt posse accipi in qđ ꝑmū mutat ꝓp diuisibilitatē magnitudinis in infinitū. ⁊ iđ dicēdū est ꝙ in id qđ ꝑm mutat in mo-

R° tu locali dr̄ loc᷒ qui ꝯtāgit locū a quo mutat: ita ꝙ nihil est ei᷒. si. n. accipet scđs loc᷒ qui haberet aliqđ ꝑmi nō eēt accipe ꝑmū locū in quem mutat: qđ sic pꝫ. Sit locus vñ mutat aliqđ mobile. a. b. ⁊ locus ei ꝯtact᷒ equalis sit. b. c. qꝛ enī. a. b. diuisibile est diuidat in pūcto. d. ⁊ sumat de loco. b. c. v̄sus. e. qđ sit eq̄le ei qđ est. b. d. ⁊ sit illđ. g. e. Manifestum est igitur ꝙ mobile prius mutatur ad locuz. d. g. ꝙ ad locum. b. c. ⁊ iterum cum. a. d. sit diuisibile erit accipere alium locum priorem. ⁊ sic in infinitum ⁊ similiter in motu alterationis accipiendum est primum in quod mutat medium alterius specie: sicut cuz mutatur de albo in nigrū accipi dz fuscū. no aūt min᷒ albū. Lec. VI.

¶ Ostensio ꝙ si accipiatur aliquis secūdus locus qui habeat aliquid primi loci: non est accipere primum locum in quem mobile mutatur.




Otus autē est diuisibilis dupliciter: vno quidē mō tēpore. Alio v̄o fm partiū illi᷒ qđ mouet: vt si ipm. a. c. mouet totū: ⁊. a. b. mouebit: ⁊. b. c. T.c.33.


¶ Premissis quibusdā q̄ sunt necessaria ad diuisionez mot᷒: hic incipit agere de diuisione mot᷒ ⁊ diuidit in partes duas. In ꝑma agit de diuisione motus. In scđa ex determinatis excludit quosdā errores circa motū ibi. ⌊Zeno aūt deratiocinat.⌋ Prima aūt pars diuidit in partes duas. in ꝑma determinat de diuisiōe motus: in scđa de diuisione quietis ibi. ⌊Quoniā aūt omne qđ mouet.⌋ Prima diuidit in duas. in prima agit de diuisione motus: in secunda de finito ⁊ infinito circa motum: vtrūqꝫ enim videtur ad rationez continui pertinere. s. diuisibile ⁊ īfinitū ibi. ⌊Quoniā aūt omne qđ mouetur in tempore mouetur.⌋ Prima pars diuidit in duas. in prima ostendit quomodo motus diuiditur. in secūda agit de ordine partiū motus ibi. ⌊Quoniam aūt omne qđ mutatur ex quodam.⌋ Circa primū duo facit. primo ponit duos modos quib᷒ motus diuiditur. secundo ostēdit q̄ sunt illa q̄ simul diuidunt cū motu ibi. ⌊Quoniaz aūt omne qđ mouetur in aliquo.⌋ Circa ꝑmū duo facit primo ponit modos quib᷒ mot᷒ diuiditur. secundo exponit eos ibi. ⌊Sit igitur ipsius. a. b.⌋ Dicit ergo primo Lec.5.

ꝙ duob᷒ modis diuiditur motus. vno mō fm tēpus: qꝛ t.c.19.

ostensum est ꝙ motus nō est in nunc: sed in tēpore. Alio vero mō diuiditur fm motus partiū mobilis. Sit enim a. c. mobile ⁊ diuidatur. Ostensum est enim oē qđ mouetur diuisibile esse. si ergo ipsum. a. c. totū mouetur: necesse est ꝙ moueatur vtraqꝫ pars eius. s. a. b. ⁊. b. c. Est aūt cōsiderandum ꝙ diuisio motus fm partes mobilis pōt itelligi dupliciter: vno modo vt pars post partē moueatur: qđ quidē nō est possibile in eo quod secundū se totū mouetur: quia eius ꝙ fm se totū mouetur oēs partes simul mouentur: nō quidē seorsuz a toto: sed in ipso toto. Alio mō pōt intelligi ista diuisio motus fm partes mobilis. sicut ⁊ diuisio cuiuslibet accidentis cuius subiectū est diuisibile: attenditur fm diuisionez sui subiecti: sicut si totū hoc corpus est albū: fm diuisionē corporis diuidet per accidens albedo. ⁊ sic accipitur hic diuisio mot᷒ secūdū partes mobilis: vt sicut vtraqꝫ pars mobilis simul mouetur in toto: ita motus vtrarūqꝫ partiū sint simul. ⁊ per hoc iste diuisio motus q̄ est secundū partes mobilis est alia ab illa q̄ est fz tēpus in qua due partes mot᷒ nō sunt simul. Si tñ motus partis vnius cōparetur ad motū partis alterius: nō simpliciter: sed fm aliquod signuz determinatū: sic motus vnius partis etiā tēpore precedit motū alterius partis. Si. n. mobile. a. b. c. moueatur in magnitudie. e. f. g. ita ꝙ. e. f. sit equale toti. a. c. manife-

stum est q̄ hoc signum.f.ſm prius pertransibit.b.c.q̄.a.b.ꝛ ſm hoc simul curret diuisio motus ſm partes temporis:ꝛ ſm partes mobilis. ¶ Secundo ibi.

¶ Diuiſio q̄ motus vnius partis cōparatus ad motum alterius partis non fit ſed ſm aliquod signum determinatum:tempore precedit motum alterius partis.




¶ Si igitur ipsius quidem.a.b.qui eſt.d.e.ipsius.b.c.qui eſt.e.ȝ.motus partium. Neceſſe eſt igitur totum in quo eſt.d.ȝ.ipsius.a.c.eſſe motū. Mouebitur enim ſȝ hunc:quoniā quidem vtraqȝ partiuȝ mouebitur ſm vtrunqȝ. Nulla eniȝ mouebitur ſcd̄m alterius motum. Quare totus motus totius eſt magnitudinis motus.


¶ Manifeſtat poſitos modos:ꝛ primo oñdit q̄ modus diuidatur ſm partes mobilis:ſecūdo q̄ diuidatur ſcd̄ȝ partes temporis:ibi.Alius autem ſm tempus eſt.Primuȝ oſtendit tribus rationibus:quaruȝ prima talis eſt: exquo moto toto mouentur partes:motus illius partis que eſt.a.b.ſit.d.e.ꝛ motus alteri⁹ partis que eſt.b.c.ſit e.ȝ.ſicut ergo totū mobile.a.c.componitur ex.a.b.ꝛ.b.c ita totus motus.d.ȝ.componitur ex.d.e.ꝛ.e.ȝ.cuȝ ergo vtraqȝ partiuȝ mobilis moueatur ſm vtranqȝ partiuȝ motus:ita tamen q̄ neutra pars mobilis mouet ſȝ motum alterius partis:qꝛ ſm hoc totus motus eſſet vnius partis que moueretur motu ſuo ꝛ motu alterius partis:opoꝛtet dicere q̄ totus motus.d.ȝ.ſit totius mobilis.a.c.ꝛ ſic motus totius diuiditur p motum partium. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

Tripliciter ratione prima

¶ Prima demonſtratio oſtendens q̄ motus diuiditur ſm diuiſionem mobilis.




Motus.




¶ Amplius autē ſi omnis motus alicuius eſt: totus autem motus qui eſt in quo eſt.d.ȝ.neqȝ partium eſt neutre.partis eniȝ vtraqȝ eſt:neque alterius nullius:cuius enim totus totius ꝛ partes partium ſunt: partes autem ipsius.d.ȝ.ſunt ipsarum que ſunt.a.b.c.ꝛ nullaꝝ aliaruȝ. Plurium enim non erat vnus motus: ꝛ vtiqȝ totus motus erit ipsius.a.b.c.magnitudinis. T.c 34

¶ Que talis.omnis motus eſt alicuius mobilis:tot⁹ aūt motus.d.ȝ.neqȝ eſt alterius partiuȝ:qꝛ neutra mouetur ſm totum motū:ſed vtraqȝ mouetur ſm partes motus: vt dictū eſt:neqȝ iterū poteſt dici q̄ ſit motus cuiuſcūqȝ alterius mobilis ſeparati ab.a.c.quia ſi totus ille mot⁹ eſſet totius alterius mobilis:ſequeretur q̄ partes hui⁹ motus eſſent partiū illius mobilis:ſed partes hui⁹ motus qui dicitur.d.ȝ.ſunt partiū huius mobilis que ſunt a.b.c.ꝛ nullaꝝ aliarum:quia ſi eſſent ꝛ harum ꝛ aliaꝝ: ſequeretur q̄ vnus motus eſſet plurium:quod eſt impoſſibile. Relinquit ergo q̄ totus motus ſit totius magnitudinis:ſicut ꝛ partes partiū:ꝛ ita motus totius diuiditur ſm pꝛtes mobilis. ¶ Tertiā rōneȝ ponit ibi.

¶ Demonſtratio ſecunda oſtendens idem quod ſupra.






¶ Amplius autem ſi quideȝ eſt totius alius motus:vt in quo.t.i.remouebitur ab eo qui ſit vtrarūqȝ partiuȝ motus.Hi autē equales erant his que ſunt.d.e.ȝ.vnius enim vnus motus.Quare ſi totus quidem diuidetur : qui eſt.t.i.in partium motus: equalis erit qui eſt.t.i.ei qui eſt. d.ȝ. Si vero deficit aliquid:vt quod eſt.k.i. Hic nullius erit motus:neqȝ enim totius : neqȝ partium:propter id quod vnus vnius eſt: neqȝ alterius nullius eſt.Continuus enim motus eſt continuoꝝ quorundaȝ.Similiter aūt eſt:ꝛ ſi excellat ſcd̄m diuiſionem. Quare ſi hoc impoſſibile eſt:neceſſe eundem eſſe ꝛ equaleȝ.Hec quidem igitur diuiſio ſecūduȝ partiuȝ motus eſt:ꝛ neceſſe omnis eſſe partibilis ipſam. T.c. 35.

¶ Que talis eſt:omne qḋ mouet̄ hȝ aliquem motū.Si igitur totus motus qui eſt.d.ȝ.nō ſit totus totius mobilis qḋ eſt.a.c.oȝ q̄ aliquis alius motus ſit eius:ꝛ ſit ille motus.t.i.ab hoc ergo motu qui eſt.t.i.auferat̄ per diui


sionem motus vtrarūq; partiū quos oportet eē equa les his que sunt d.e.z. hac rōne: qz vnius mobilis nō est nisi vnus motus: vnde non pōt dici q motus partiuz q auferunt a motu.t.i.q ponit esse totius sint maiores aut minores q̄.d.e.⁊.e.z. qui ponebant motus earūdē ptiū: aut ergo motus ptiū ꝯsumunt p diuisionē totuz.t.i. aut deficiunt ab eo: aut superexcedūt: si ꝯsumūt totū.t.i. ⁊ nō excedūt nec deficiunt: sequit q motus.t.i. sit eq̄lis.d.z. q est motus ptiū ⁊ nō differat ab eo. Si aūt motus ptiuz deficiunt a t.i. ita q.t.i. excedat.d.z. in.k.i. ista ps motus que est.k.i. nullius mobilis erit: non.n. est motus totius a.c. neq; ptiū eius: qz vnius nō est nisi vnus motus: ⁊ tō toti q̄ ptibus assignatus est iam alius motus: neq; iterū pōt dici q sit alicuius alterius mobilis: qz tot⁹.t.i. est q̄daz motus ꝯtinuus: ⁊ motus ꝯtinuus oz q sit ꝯtinuorū: vt in q̄nto ōnsuz est: vnde nō pōt esse q ps hui⁹ motus ꝯtinui qui est.t.i. sit alicuius mobilis qd nō ꝯtinuet cum a.b.c. Silr ēt sequit incōueniens si dicat q motus par-

Lec.7. T.c.4. tium excellat sm diuisionē: qz sequet q partes excedāt totū: qd est ipossibile. Si ergo hoc est ipossibile q excedat vel deficiat: necesse est q motus ptiū sit eq̄lis ⁊ idez motui totius. Deīde ꝯcludit. Hec igit diuisio est sm motus ptiū: ⁊ necesse est q talis ptitio inueniat in motu pp hoc q omne qd mouet est partibile. ℭ Secundo ibi.

ℭ Demonstratio tertia ostendens idem quod supra.



Motus



Motus



T.c.36. ℭ Alius autez sm tēpus. Quoniaz enim omnis motus in tempore. Tempus autem omne diuisibile est: in minori autez minor motus necesse est omnem diuidi motū secundū tempus.

Lec.3. T.c.16. T.c.37 ℭ Concludit q mot⁹ diuidat sz diuisionē tpis tali rōne: ois motus est in tpe: ⁊ omne tps est diuisibile vt ꝓbatū est: cum ergo in minori tpe sit minor motus: necesse ē q ois motus diuidat sm tempus. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quoniaz aūt omne quod mouetur in aliquo mouetur: ⁊ quodā tēpore: ⁊ omnis moti est motus: necesse est easdez diuisiones esse temporis ⁊ motus: ⁊ ipsius moueri ⁊ quod mouetur: ⁊ in quo motus est. Sed non omniū similiter est: in quibus motus est: sed quanti quidez secunduz seipsuz: quales autez secundū accidens.


ℭ Ondit que sil diuidant cū motu. ⁊ circa hoc tria fac: primo ponit q̄nq; que simul diuidunt: scd̄o ōndit q in oibus predictis simul inuenit finitū ⁊ infinitū: ibi. Et in ipso finita esse. Tertio ostendit in quo hoꝝ inuenit diuisio ⁊ infinitū: ibi. Secutum aūt maxime est. Circa primum duo facit: primo proponit qd intēdit: scd̄o manifestat propositū: ibi. Accipiat enim tps. Dicit ergo q qz omne qd mouet: mouet in aliquo.i. sm aliqd genus vel spēm: ⁊ iterū in aliquo tpe: ⁊ iterū cuiuslibet mobilis est aliqs motus: necesse est q ista quinq; sil̄r diuidant.s. tps ⁊ motus: ⁊ ipsum moueri: ⁊ mobile qd mouet: ⁊ id in q ē motus vel locus vel qualitas vel q̄ntitas. Sed tamen non est eodem modo diuisio oium eoꝝ in quibus ē motus: sed quorūdā quidē per se: quorūdam vero per accidens: per se quidez oium eoꝝ que ptinent ad gen⁹ q̄ntitatis: vt est in motu locali: ⁊ etiā in augmēto ⁊ decremēto: per accidens vero in his que pertinēt ad qualitatez vt in motu alterationis. ℭ Secundo ibi.


ℭ Accipiatur enim tempus in quo mouetur in quo sit.a. ⁊ motus in quo.b. Si igitur per totuz in omni motuz est tempore: in medio per minorem: ⁊ iterum hoc diuiso per minorem huius: ⁊ sic semper.


ℭ Manifestat qd dixerat: ⁊ primo q̄tum ad hoc q tps ⁊ mot⁹ simul diuidunt: scd̄o q motus ⁊ ipsuz moueri sil diuidunt: ibi. Eodem aūt modo. Tertio ostēdit idem de motu ⁊ eo in quo est motus: ibi. Similiter aūt demōstrabitur. Circa primū duo facit: primo ostēdit q ad diuisionem tpis diuidit motus: scd̄o q ecōuerso ad diuisionem motus diuidit tempus: ibi. Similiter autem ⁊ si motus. Dicit ergo primo. ponatur q tps in quo aliquid mouet sit.a. ⁊ motus qui est in hoc tpe sit.b. Manifestū est aūt q si aliquid mouetur per totā magnitudinem in toto tpe: qd i medietate tēporis mouet per minorē magnitudinē: idem est aūt moueri toto motu ⁊ p totā magnitudinē: ⁊ per ptez motus ⁊ per partē magnitudinis: vnde manifestū est q si in toto tpe mouet toto motu: q in parte tpis mouebitur minori motu: ⁊ iterū diuiso tpe inuenietur minor mot⁹: ⁊ sic semp: ex quo pz q sm diuisionem temporis diuiditur motus. ℭ Secundo ibi.

ℭ Demonstratio ostendens q motus diuiditur sm diuisionem temporis.

A Tempus.








ℭ Similiter aūt ⁊ si motus diuisibilis sit: ⁊ tēp⁹ diuisibile. Si eniz per totuz in oi: per mediuz in medio: ⁊ iteruz per minorez in minori.

ℭ Dicit q ecōuerso si motus diuidit ⁊ tps diuidit: si per totū motū mouet in oi tpe: per mediū motus mouebit in medio tpe: ⁊ semp minor erit motus in minori tpe: si sit mobile idem: vel eque velox. ℭ Deinde cum dicit.

T.c.38. ¶ Eodez autē modo ꝛ ipsuz moueri diuidetur. Sit eniz in quo est.c.ipsum moueri. Secundū igitur medium motum minoꝛ erit toto: ꝛ iteruz secunduz medietatis mediuz: ꝛ sic semper.

¶ Ostendit ꝙ motus ꝛ moueri simul diuidunt: ꝛ circa h̄ duo facit: primo oñdit ꝙ ipsum moueri diuidit ſ3 diuisionem motus: scd̄o ꝙ motus diuidit ſm diuisionē eius qd̄ est moueri: ibi. Est aūt ꝛ ponentē. Dicit ergo primo ꝙ eodē modo pꝛobat ꝙ ipsum moueri diuidit ſm diuisionez tp̄is ꝛ motus: ꝛ ip̄m moueri. Sic manifestum est aūt ꝙ nō tm̄ mouet aliqd ſm ptem motus ꝙuis ſm totum motū. Manifestū est ergo ꝙ ſm mediuz motū ꝑs eius qd̄ est moueri erit minoꝛ toto ip̄o moueri: ꝛ adhuc minoꝛ ſ3 medietatis mediū: ꝛ sic semꝑ ꝓcedet: ꝙ sicut tp̄s ꝛ motus semꝑ diuidunt: ita ꝛ ip̄3 moueri. ¶ Scd̄o ibi.

¶ Demonstratio ostendens ꝙ motus diuiditur ſm diuisionem moueri.



¶ Est autē ꝛ ponentē secundū vtrūq3 motuum ipsuz moueri: vt scd̄m.d.c.ꝛ.c.e.dr̄e ꝙ totū erit secunduz totuz. Si nāq3 aliud plus erit ipsum moueri ſ3 eundez motuz: sicut determinauim⁹: ꝛ motū diuisibilez in partiuz motus esse. Accepto.n.ipso moueri ſm vtrūq3 ꝯtinuū erit totū.

¶ Pꝛobat ꝙ econuerso motus diuidit ſ3 diuisionē eius quod est moueri: sint enim due partes motus d.c.ꝛ.c.e. ſm quaꝝ vtrāq3 aliquid mouetur: ꝛ sic si partibus eius quod est moueri respondent partes motus: opoꝛtet di-
Lec.6. cere ꝙ toti rñdeat totum: qꝛ si aliquid plus esset in vno
T.c.33. ꝙ in altero: erit hic argumentari de moueri ad motum:
T.34. sicut supꝛa argumentati sumus quādo ostēdimus ꝙ motus totius est diuisibilis in motus partiuz. ita ꝙ nō potest deficere nec excellere: similiter etiā ꝛ partes eius qd̄ est moueri nō possunt excedere partes motus nec deficere: qꝛ.n.necesse est accipere ſm vtranq3 partez mot⁹: hoc quod est moueri: necesse est ꝙ totum moueri sit cōtinuuz: coꝛrespondens toti motui: ꝛ ita semper partes eius quod est moueri rñdent ptibus motus ꝛ totū toti: ꝛ sic vnum diuiditur ſm alterum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Demonstratio ostendens ꝙ moueri diuiditur ſm diuisionem motus.

D. Pars motus C. Pars motus E.

mobile.

pars moueri | pars moueri.

¶ Similiter autem demonstrabitur ꝛ longitu- T.c.39.
do diuisibilis: ꝛ omnino illud omne in quo est mutatio preter quedam: que secunduz accidēs. Quod enim mutatur est diuisibile: vno enim diuiso omnia diuidentur.

¶ Oñdit idē de eo in quo est motus: ꝛ dicit ꝙ eodē modo demōstrari pōt ꝙ lōgitudo in qua mouet aliqd ſm locū sit diuisibilis ſ3 diuisionē tp̄is ꝛ motus ꝛ ipsius moueri: ꝛ qd̄ dicimus de lōgitudine in motu locali: est etiā intelligēdum de omni eo in quo est mot⁹: nisi ꝙ q̄dā sūt diuisibilia p acciñs: sicut qualitates in motu alteratiōis: vt dcm̄ est. ꝛ inde est ꝙ oīa ista sic diuidunt: qꝛ illud qd̄
mutat est diuisibile. vt oñsum est supꝛa. Unde vno hoꝝ Lec. 5.
diuiso: oꝫ ꝙ oīa diuidantur. ¶ Deinde cum dicit. T.c. 32.

¶ Et in ipso finita esse aut infinita similiter se habebit de omnibus.

¶ Oñdit ꝙ sicut ꝯsequuntur premissa idiuisibilitate: ita ꝯsequunt se in hoc qd̄ est esse finita vel infinita: ita ꝙ si vnum istoꝛum fuerit finitū oīa erunt finita: ꝛ sic infinitū similiter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secutum autem maxime est diuidi omnia. ꝛ infinita esse ab ipso mutante. Hoc eniz inest mutanti diuisibile ꝛ infinitum. Diuisibile quidem igitur ostensuz est pꝛius. Infinituz autē in sequentibus erit manifestuz.

¶ Oñdit in quo premissoꝝ: p̄mo inueniat diuisibilitas ꝛ finitū seu īfinitū: ꝛ dicit ꝙ maxime ab ipso qd̄ mutat ꝯsequit de oībus aliꝗs ꝙ diuidant: ꝛ ꝙ sint finita vel infinita: qꝛ illud qd̄ est p̄mū nālr in motu est ip̄3 mobile: ꝛ statim ipsi ex sua nā inest esse diuisibile ꝛ esse finitū vel īfinitū: ꝛ sic ex ipso ad alia deriuat diuisibilitas vel finitum:
qūo aūt ip̄m mobile sit diuisibile: ꝛ p ip̄3 alia diuidant: Lec.5.
oñsuz est pꝛius. S3 qūo ēt hoc sic se h3 de īfinito oñdet T.c.3
inferius in hoc eodem.6.libꝛo. Lec. VIII. Lec.9.

Q Uoniam autem omne quod muta- T.c.6.
tur ex quodam in aliquid mutatur: ne- T.c.4.
cesse est quod mutatur: cum mutatum est: esse in quo mutatuz est.

¶ Postq̄ phs oñdit q̄liter diuidat motus h̄ determinat de oꝛdine ptiū mot⁹: ꝛ p̄mo inq̄rit an sit p̄mū in motu: scd̄o oñdit qūo ea q̄ sūt i motu ꝓcedūt seriatim: ibi. Om̄ aūt oē qd̄ mutat in tp̄e mutat. Circa p̄mū duo facit. pꝛimo oñdit ꝙ id in quo p̄mū mutatū ē: ē idiuisibile: scd̄o oñdit qūo in motu possit inueniri p̄mū: ꝛ qūo nō possit. ibi. Dr̄ aūt in quo p̄mū mutatū ē. Circa p̄mū duo facit: p̄mo p̄mittit qd̄dā qd̄ ē necessariū ad ꝓpositi oñsionez: scd̄o oñdit ꝓpositū: ibi. In quo aūt p̄mo mutatū ē. Circa p̄mū duo fac̄: p̄mo ꝓponit qd̄ intēdit: scd̄o ꝓbat ꝓpositū: ibi. Qd̄ mutat.n. Dicit ergo pꝛio ꝙ qꝛ oē qd̄ mutat mutat de vno termino in aliū: necesse est oē qd̄ mutat:

qñ iā mutatū est esse in termino ad quē. ℭ Secūdo ibi.

ℭ Quod mutatur enim ex quo mutatur distat: aut deficit ipsum: ꝛ aut idem est mutari ꝛ deficere: aut sequitur ad mutari ipsum deficere. Nam quod est mutatū esse defecisse: similiter

T.c.41. enim vtrunqꝫ se hꝫ ad vtrūqꝫ. Quoniā ergo vna mutatio est scdm contradictionē: quando mutatuꝫ est ab eo quod non est inesse: deficit non ens: erit igitur inesse. Omne.n. necesse est esse: aut non esse. Manifestum igitur ꝙ in mutatione scdm contradictionē quod mutatum est: erit in quo mutatuꝫ est: si autē in hac ꝛ in alijs est: similiter enim in vna ꝛ in alijs est.


ℭ Probat ꝓpositū duabus rōnibus: quaꝝ prima est ꝑticularis: scda vlis. Prima rō talis est. oē qd mutatur oꝫ ꝙ distet a termino a quo mutat: sic pꝫ ī motu locali in q̄ locus a quo mutat remanet: ꝛ mobile p motū fit distās ab eo: aut oꝫ ꝙ ipse terminꝰ a quo deficiat: sicut ē in motu alterationis: cū.n. ex albo fit nigrum ipsa albedo deficit. Et ad huius ꝓpositiōis manifestationē subiūgit: ꝙ vel mutari est idem qd est deficere: vel ad hoc qd est mutari seqtur ipsum deficere: ꝛ ad hoc qd est mutatum esse seqtur defecisse. s. a termino a quo. vnde manifestū est ꝙ sunt idē subiecto: sed differunt rōne. Nam deficere dr̄ p respectū ad terminū a quo: mutatio aūt magis denominatur a termino ad quē: ꝛ ad manifestationē eius quod dixerat subdit ꝙ similiter vtrūqꝫ se hꝫ ad vtrūqꝫ. s. sicut se habꝫ deficere ad mutari: ita defecisse ad mutatū esse. Ex p̄missis aūt argumentat ad ꝓpositū ondendū in vna spē mutationis: q̄. s. est inter ꝯdictorie opposita. s. inter esse ꝛ non eē: vt pꝫ in gñatione ꝛ corruptione: pꝫ.n. ex p̄missis: ꝙ omne qd mutatur deficit a termino a quo: ꝛ qd mutatū est iam deficit: qñ igit mutatū est aliqd a nō esse in esse: iam deficit a non esse: sꝫ de quolꝫ veꝝ est dicere: ꝙ aut est: aut nō est: qd ergo mutatū est de non esse in esse: mutatū est in esse: ꝛ silr qd mutatum est de esse in non esse: oꝫ ꝙ sit in non esse. Manifestum ergo est ꝙ in mutatione que est scdm ꝯdictionem qd mutatū est: est in eo ad qd mutatū est: ꝛ si est veꝝ in ista mutatione: pari rōne est veꝝ in alijs mutationibus: ex quo pꝫ id qd primo ꝓpositū est. ℭ Scdam rationem ponit ibi.

T.c.42 ℭ Amplius autē ꝛ scdm vnāquāqꝫ accipientibus manifestū est siquidē necesse est quod mutatū est alicubi: aut ex quo mutatū est: aut in aliquo. Quoniaꝫ autē ex quo mutatuꝫ est deficit: necesse est autē esse alicubi. aut in hoc. aut in alio erit: si quidē igitur in alio vt in ipso. c. quod in ipsuꝫ. b. mutatū est: iterū ex. c. mutat in. b. Non enim erat habitū ipsi. b. Mutatio enim continua est. Quare quod mutatū est. qñ mutatuꝫ: mutatur in qd mutatū est. hoc autē est impossibile. Necesse ergo quod mutatū est esse in hoc ī qd

T.c.43 mutatū est. ℭ Manifestū igit est: ꝛ qd factum cū factuꝫ est: erit. ꝛ quod corruptuꝫ est: nō erit. vniuersaliter enim dictuꝫ est ꝛ de oī mutatione. ꝛ maxime est manifestuꝫ in ea que est scdm ꝯtradictionem. Qd quidē igitur qd mutatū est. cum mutatuꝫ est. primo in illo est. manifestum est.

ℭ Et dicit. ꝙ hoc idē pōt esse manifestū ꝯsiderando scdm vnāquāqꝫ mutationē: ꝛ manifestat in mutatione locali: omne.n. qd mutatū est: necesse est esse alicubi: vel in termino a quo: vel in aliquo alio: sꝫ qꝛ illud qd mutatū est iam defecit ab eo ex quo mutatū est: necesse est ꝙ sit alibi: aut igitur necesse ē ꝙ sit in hoc de quo intēdimus. s. in termino ad quē: aut in alio: ꝛ si est in hoc habet ꝓpositum. Si aūt in alio: ponamus ꝙ aliqd moueat in. b. ꝛ qñ mutatū est non sit in. b. sed in. c. tūc oportebit dicere ꝙ ēt de. c. mutetur in. b. qꝛ. c. ꝛ. b. non sunt habita. i. ꝯsequenter se habētia: oꝫ.n. ꝙ tota huius mutatio sit ꝯtinua: ꝛ in ꝯtinuis vnū signum nō est ꝯsñter se hñs ad alterum: qꝛ necesse ē ꝙ cadat in medio aliqd sui generis: vt supra ꝓbatum est: qꝛ sequet si illud qd mutatū est qñ mutatū est sit in. c. ꝛ de. c. mutatur in. b. qd est terminus ad quē: ꝙ qñ mutatum est tūc mutatur in qd mutatum est: qd est impossibile: non.n. simul est mutari ꝛ mutatū eē: vt supra dcm̄ est: nihil aūt differt si hmōi termini. c. ꝛ. b. accipiant in motu locali vel in quacūqꝫ alia mutatiōe: necesse est ergo vlr veꝝ eē: ꝙ id qd mutatū est qñ mutatum est: est in hoc ad quod mutatum est. i. in termio ad quē: ꝛ ex hoc vlterius ꝯcludit ꝙ illud qd factum est qñ factum est habꝫ esse: ꝛ qd corruptū est qñ corruptū est: est nō ens. Ostensum est.n. vlr hic de omni mutatione: ꝛ maxime manifestū est in mutatiōe q̄ est scdm ꝯdictionem: vt ex dictis pꝫ. Sic igit manifestuꝫ est ꝙ id quod mutatum est cum primo mutatū est: est in illo ad qd mutatuꝫ ē: addit aūt [primo] qꝛ postq̄ mutatū ē ad aliqd posset ex inde moueri: ꝛ ibi non esset: sed qñ primo mutatum est oꝫ ꝙ sit ibi. ℭ Deinde cum dicit. Lec. 1. T. cō. 1. Lec. 5. T. c. 32.

ℭ Demonstratio probans ꝙ illud quod mutatum est: ē in eo in quod mutatum est.





ℭ In quo autem primo mutatuꝫ est. quod mutatum est. necesse atbomum esse. Dico autē primo quod non est per alterum. aliquid ipsius esse huiusmodi sit. Sit igitur diuisibile quod est. t.c.44. a. c. ꝛ diuidatur scdm. b. siquidē igitur in. a. b. mutatum est. aut iterum in. b. c. non vtiqꝫ in primo quod est. a. c. quod mutatum est erit. si autem transmutabat in vtroqꝫ. necesse est.n. in vtroqꝫ transmutatum esse. aut transmutari. ꝛ vtiqꝫ in toto transmutabatur. sed erat mutatum. Eadem autem ratio ꝛ si in hoc quidem mutatur. in hoc autem mutatum est. Erit enim aliquid primo prius. Quare non erit vtiqꝫ diuisibile in quo T.c.45 mutatum est. ℭ Manifestum est igitur. quia ꝛ quod corruptū est. ꝛ quod factū est in atbomo hoc quidem corruptum. hoc autem factuꝫ est.

ℭ Ondit ꝙ mutatū esse primo ꝛ p se: ē in indiuisibili ꝛ dicit ꝙ illud tps in quo primo mutatū est qd mutatuꝫ est:

necesse est ꝙ sit atomū.i.indiuisibile:quare aūt addit:pri mo:exponit subdens ꝙ in illo primo dr̄ aliqd mutatum esse:in quo non dicitur mutatū esse rōne alicuius sue par tis:sicut si dicatur aliquod mobile mutatū esse in die:qr mutatū est in aliqua parte illius diei:nō enim primo mu tatur in die. Quod aūt illud temporis in quo primo mu tatum est sit indiuisibile:sic probat:si enim sit diuisibile sit a c.r diuidatur scdm b.necesse est dicere q̄ aut in vtroqꝫ mutatum sit:aut in vtraqꝫ parte mutetur:aut in vna par te mutatur:r in alia sit mutatum. Sed si in vtraqꝫ parte mutatū est:non primo mutatū est in toto:sed in parte:si vō dr̄ ꝙ trāsmutet̄ in vtraqꝫ parte oportebit dicere ꝙ transmutet̄ in toto:sic eni dr̄ aliqd in toto tēpore mu tari:qr mutatur in qualibet eius pte:hoc aūt est ꝯtra po situm.positum enim erat:qd̄ in toto a.c.erat mutatū. Si aūt dr̄ ꝙ in vna pte mutatur:r in alia sit mutatum:se quitur idem inconueniens.s.ꝙ non sit primo mutatū in toto:qr cuꝫ pars sit prior toto:r prius mutetur aliqd in parte tpis:ꝙ in toto:sequet̄ ꝙ sit aliqd ꝑus ꝑmo:qd̄ est īpossibile:ergo opꝫ dicere ꝙ id tp̄s in quo aliquid muta tū est:sit indiuisibile. Ex hoc aūt vlterius cōcludit:ꝙ oē quod corruptum est r omne quod factum est:est in idiui sibili tpis factū r corruptū:qr generatio r corruptio sūt termini alterationis.vnde si qualibet motus terminat̄ in instanti:ideꝫ est enim primo mutatum esse qd̄ terminari motum:sequitur ꝙ generatio.r corruptio sint in instāti. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Demonstratio ostendens ꝙ id in quo aliquid primo mutatum est non est tempus neqꝫ aliquid diuisibile:sed instans r indiuisibile.





¶ Dicitur autem in quo primo mutatū est dupli citer. Aliud quidem in quo primo perfecta est T.c.46 mutatio. Tunc enim verum est dicere ꝙ mutatū est. Aliud vero in quo primo cepit mutari. Se cundum quidem igitur finem mutationis ꝙ pri mum dicitur existit r est:contingit enim perfici mutationē:r ē mutationis finis:qd̄ ostēsuꝫ ē indi uisibile esse:pp id ꝙ finis est. Qd̄ aūt scdm princi pium oīno nō est:non eni principium est muta tionis:neqꝫ in quo prius quis mutabitur.

¶ Ostendit quō in motu possit accipi primū:r circa hoc duo facit:primo ꝓponit veritatē:scdo probat:ibi. Sit enim primum. Dicit ergo primo ꝙ hoc quod dicitur:in q̄ primo mutatū est aliquid:potest intelligi dupliciter:vno modo in quo primo mutatio est perfecta vel termi nata:tunc enim verum est dicere ꝙ mutatum est quando iam mutatio est facta. Alio modo potest itelligi:in quo primum mutatum est:idest in quo primo incepit muta ri:non in quo primo fuit verum dicere ꝙ iam mutatum esset:primo igitur modo accipiendo scilicet secundū ter minationeꝫ mutationis:dicitur in motu r est in eo quod primo mutatum est:contingit enim aliquādo primo ter minari mutationem:quia cuiuslibet mutationis est ali quis terminus:r hoc modo intelleximus quod primo mutatum est esse indiuisibile:r ostensum est hoc hac ra tione:quia est finis.i.terminus motus. Omnis autem ter minus continui indiuisibilis est:sed si accipiatur quod pri mo mutatum est:secundo modo dicendi scilicet secundū principium idest secundum primam partē motus.sic non est in quo primo mutatum est:non enim est accipere ali quod principium mutationis idest aliquam primam par tem mutationis quam non precedat alia pars:similiter etiam non est accipere aliquid primum in tēpore in quo primo mutetur. ¶ Secundo ibi.

¶ Sit enim primum in quo sit a.d.hoc igitur in diuisibile quidem non est:accidit enim habita esse ipsa nunc. Amplius autem si in c.a.tempo re oīno quiescit:ponatur enim quiescens:r in.a. quiescit. Quare si impartibile est a.d.simul quie scet r mutatum erit. In.a.quidem enim quie scit. In.d autem mutatum est:quoniam autem T.c.47 non est impartibile:necesse est diuisibile esse:r in quolibet huiusmodi mutatum esse:diuiso enim ipso a.d.siquidem in neutro mutatum est:neque in toto est a.d.si autem in ambobus mutatur in omni:si vero in altero tantum mutatum est non in toto primo. Quare necesse est in quolibet mu tatum eē:manifestum igitur est:ꝙ nō est in quo primo mutatū est:infinite enim diuisiones sunt.


¶ Probat ꝙ nō est accipere primū in quo mutatū est ex parte principij:r primo rōe accepta ex pte tpis scdo ex parte mobilis:ibi. Neqꝫ itaqꝫ in eo quod mutatum est. Tertio ex pte rei in qua motus est:ibi. Ipsuꝫ aūt qd̄ mu tatur. Circa primū ponit talem rōem.si est aliqd tēporis in quo primo mutatū est:sit illud a.d.hoc igitur aut ē di uisibile aut indiuisibile:si est indiuisibile sequent̄ duo in conuenientia:quoꝝ primum est ꝙ ipsa nūc in tpe sint ha bita.i ꝯsequētia:qd̄ qdem incōueniens hac ratione seqꝛ tur:ꝙ tp̄s diuiditur sicut r motus:vt supra ostēsum est:si autem aliqua pars motus fuerit in a.d.necesse est dicere ꝙ a.d.sit aliq̄ pars tēporis:r ita tp̄s erit ꝯpositū ex idi uisibilibus. Indiuisibile aūt temporis est ipsum nunc.se quetur ergo ꝙ ipsa nūc ꝯsequēter se habeant in tempo re. Scdm inconueniens est:ponamus enim ꝙ in tēpore quod precedit ipsuꝫ a.d.quod est.c.a.ideꝫ mobile qd̄ po nebatur moueri in a.d.totalr̄ quiescat.si ergo i toto c.a. quiescit:seqtur ꝙ quiescat in a.quod est aliqd eius.si er go a.d.est indiuisibile:vt dictum est:sequit̄ ꝙ simul aliqd quiescat r moueatur:cōclusum est eni ꝙ quiescat in c.a. r positū erat ꝙ in a.d.moueretur.idem aūt est a.r a.d.si a.d.sit indiuisibile.sequetur ergo ꝙ in eodem quiescat r moueatur. ¶ Sed aduertendū est ꝙ nō seqtur si aliqd quiescit in toto tēpore ꝙ q̄escat in vltimo eius indiuisi bili:qr ostensum est supra ꝙ in nunc neqꝫ mouet̄ aliquid neqꝫ quiescit.sed Arist.hoc ꝯcludit hic ex hoc qd̄ poni tur ab aduersario:qr id tēporis in quo primo mouetur est indiuisibile.r si contingit moueri in indiuisibili tēpo-

Lect. 6. T.c.36. & 37.

Lect.5. T.c.29. & 30.


rie:contingit eadem rõne in diuisibili tempore deficere. Remoto ergo q a.d. in quo dicitur primo moueri sit impartibile: relinquitur q necesse sit illud esse diuisibile: ꝛ ex quo in a.d. ponitur primo moueri: sequitur q in quolibꝫ eius moueatur. quod sic probat: diuidatur eniꝫ ipm a.d. in duas partes: aut igitur i neutra parte mutatur: aut in ambabus. aut in altera parte tantũ. si in neutra mutatur sequitur q neqꝫ in toto: sed si mutetur in ambabus ptibus tunc poterit poni q mutatur in toto: sed si in altero tãtũ moueatur sequetur q moueatur in toto: sed non primo: sed rõne partis: qꝛ igitur pmo ponitur moueri in toto: oꝫ hoc accipere q in qualibꝫ parte eius moueatur. sꝫ tẽpus diuiditur in infinitũ: sicut ꝛ quodlibet continuum: ꝛ ita semper est accipere parteꝫ minorem ante partẽ maiorem: sicut si acciperẽ diem ante mensem ꝛ horã ante diẽ. Manifestum est ergo q non est accipere aliqd temporis in quo primo moueat ita. s. q nõ sit accipere aliquã partem eius in qua primo moueatur: sicut si dareť in q dies est in quo primo aliqd mouetur: hoc nõ potest esse qꝛ in parte eius. s. in prima hora diei primo mouetur q̃ in toto die. ℭ Secundo ibi.

ℭ Demonstratio prima sumpta ex parte temporis ostendens q non est accipere primum in quo mutatum est ex parte principij.



Mobile

ℭ Demonstratio secunda ostendens idem quod supra ex parte eiusdem.




Mobile

T.c.48 ℭ Neqꝫ itaqꝫ in eo quod mutatum est: aliquid ipsius prius est: quod mutatum est: sit enim. d.ꝫ. quod primo mutatum est ipsius. d.e. omne eniꝫ diuisibile esse demonstratum est quod mutatur. Tempus autem in quo d.ꝫ. mutatum est t.i. si ergo in omni d.ꝫ. mutatum est: in medio minus est quod mutatum est: ꝛ prius est ipso d.ꝫ. ꝛ iterum hoc aliud: ꝛ illo alterum: ꝛ sic semper: quare nihil erit primum mutantis quod mutatum est. Quod igitur neqꝫ in eo quod mutatur: neqꝫ T.c.49
in quo mutatur tempore: nihil prius sit: manifestum ex his que dicta sunt.

ℭ Ostendit idem ex parte mobilis cõcludens ex pmissis q neqꝫ in ipso quod mutatur est accipere aliquid quod primo mutet. quod quidẽ intelligẽdum est sm q per motum totius vel partis aliqd determinatũ signum pertransitur. Manifestum est eniꝫ q primo ptransit aliqd determinatuꝫ prima pars mobilis ꝛ 2o 2a ꝛ sic deinceps: alioquin si intelligeretur de motu absolute haberet locũ qd hic dicitur: manifestuꝫ est eniꝫ q simul mouetur totuꝫ ꝛ oẽs partes ei⁹: sed nõ simul pertrãsit aliquid determinatum: sed semper pars ante partem. vnde sicut nõ est accipere primã partẽ mobilis anteq̃ nõ sit alia minor prior ita non est accipere aliquã partem mobilis que pmo moueatur: ꝛ quia tẽpus ꝛ mobile similiter diuiduntur: vt supra ostensum est: conuenienter ex eo qd demonstratum Lect. 6.
est de tempore concludit idem de mobili ꝛ probat sic: sit T.c.31.
mobile ipsum d.e. ꝛ qꝛ omne mobile diuisibile est: vt supra probatuꝫ est: sic pars eius que primo mouetur d.ꝫ. ꝛ Lect. 5.
moueatur d.ꝫ. pertransceũdo aliquod determinatũ signũ T.c.32.
in tẽpore qd sit t.i igitur d.ꝫ. mutatũ est in toto hoc tpe: sequitur q illud quod mutatũ est in medio tẽporis sit minus ꝛ prius motum q̃ d.ꝫ. ꝛ eadẽ ratione erit aliud prius isto: ꝛ iterum aliud prius illo: ꝛ sic semper qꝛ tempus in infinitũ diuiditur: manifestũ est ergo q in mobili non est accipere aliqd qd primo mutatum est: ꝛ sic pꝫ q primuꝫ in motu non potest accipi: neqꝫ ex parte temporis: neqꝫ ex parte mobilis. ℭ Tertio ibi.

ℭ Demonstratio tertia ostendens idem quod supra sumpta ex parte mobilis.



ℭ Ipsum autem quod mutatur: aut secundũ qd mutatur: non etiaꝫ similiter se habebit: tria nãqꝫ sunt que dicuntur secundum mutationem: quod mutatur: ꝛ in quo: ꝛ in quod mutatur: vt homo: tempus: ꝛ album: homo quidem igitur ꝛ tempus diuisibilia sunt. De albo auteꝫ alia ratio est: propter id quod sm accidens omnia diuisibilia sunt cui enim accidit album aut quale: illud diuisibile est. Quoniam quecũqꝫ diuiduntur sm seipsa diuisibilia: ꝛ nõ sm accidẽs: neqꝫ in his erit primũ: vt in magnitudinibus: sit eniꝫ in quo est a.b. magnitudo: motum aũt sit ex. b. in. c. pri·


mum igitur si quidem indiuisibile erit b.c.im partibile impartibili erit coniunctum: si vero di uisibile erit aliquid ipso.c.prius in quod muta tum est: et in illo iterum aliud: et sic semper pro pter id quod nullo modo deficit diuisio. Qua re non erit primum in quod mutatum est: simili ter autem et in quantitatis mutatione: et hec qui dem enim continuo est: manifestum igitur quod in so la mutatione que est secundum qualitatem contingit indi uisibile per se esse.

¶ Ondit idem ex parte rei in qua est motus: premittit ta men quod non similiter se habet de eo quod mutatur vel vt melius dicatur secundum quod mutatur: sicut de tempore et mobili. Cum.n.sit tria accipere in mutatione.s.mobile quod mutatur vt homo: et in quo mutatur vt tempus: et in quod mutatur vt album: horum duo .s.tempus et mobile sunt semper diuisibilia: sed de albo est alia ratio: quia album non est diuisibile per se: sed tamen ipsum quod omnia alia huiusmodi sunt diuisibilia per accidens: inquantum.s.illud cui accidit album vel quecunque alia qualitas est diuisibile: diuisio autem albi per accidens potest esse dupliciter: vno modo secundum partes quantitatiuas sicut si superficies alba diuidatur in duas partes album per accidens diuisum erit: alio mo do secundum intensionem et remissionem: quod.n.vna et eadem pars sit magis vel minus alba non est ex ipsa ratione albedinis: quia si esset separata non diceretur secundum magis et minus: sicut neque substantia suscipit magis neque minus: sed est ex diuer so modo participandi albedinem ex parte subiecti diuisi bilis: pretermisso igitur hoc quod diuiditur per accidens: si acci pimus ea secundum que est motus que diuiduntur per se et non per accidens: neque etiam in his erit primum: et manifeste mus hoc: primo in magnitudinibus in quibus est motus localis: sit.n.magnitudo spacij in quo est a.b.et diuidatur in c.detur ergo quod ex.b.in.c.aliquid primo moueatur: aut igitur b.c.est diuisibile aut indiuisibile: si indiuisibile sequitur quod impartibile erit coniunctum impartibili: quia eadem ratione

Lec.6. secundo pars motus erit in impartibili: sic enim oportet diuide

T.c.37. re magnitudinem sicut et motum: vt supra de tempore dictum est: si autem b.c.sit diuisibile erit accipere aliquod signum prius .i.propinquius ipsi b.quam.c.et sic prius mutatur ex b.in illud quam in.c.et iterum illo erit accipere aliud prius: et sic semper: quia di uisio magnitudinis non deficit: patet ergo quod non est accipere aliquod primum in quod mutatum sit in motu locali: et similiter ma nifestum est in mutatione quantitatis que est augmentum et decrementum: quia hec etiam mutatio est secundum aliquod continuum .s.secundum quantitatem accrescentem vel subtractam: que cum sit in infinitum diuisibilis non est in ea accipere primum: et sic manifestum est quod in sola mutatione que est secundum qualitatem contingit aliquid esse indiuisibile per se: inquantum tamen est diuisibi le per accidens: similiter non est accipere primum in mutatione tali: siue accipiatur successio mutationis inquantum pars post partem alteratur: manifestum est.n.quod non erit accipere primam partem albi sicut nec primam partem magnitu dinis: siue accipiatur successio alterationis secundum quod aliquid idem est albius vel minus album: quia subiectum infini tis modis potest variari secundum magis album et minus al bum: et sic motus alterationis potest esse continuus: et non habens aliquid primum. Lectio. VIII.

¶ Demonstratio quarta ondens idem quod supra sum pta ex parte magnitudinis.





Uoniam autem omne quod mutatur T.c.50.
in tempore mutatur. Dicitur autem in tempore mutari: et sicut primo: et sicut secundum alterum: vt in anno: quia in die mutatur in quo primo tempore mutatur quod mutatur et in quolibet huiusmo di necesse mutari: manifestum igitur et ex diffini tione: primum enim sic diximus. ¶ Sed et ex his T.c.51.
manifestum est: sit enim in quo primo mouetur: quod mouetur.x.r.et diuidatur secundum.k. Omne enim tempus diuisibile est in.x.k.tempore aut mo uetur aut non mouetur: et iterum in.k.r.similiter: si quidem igitur in neutro mouetur quiescet itaque in omni: moueri enim in nullo huiusmodi quod mo uetur impossibile: si vero in altero solum mo uetur: non vtique in primo mouetur quod est.x. r.secundum enim vtrunque motus est: necesse est igitur in quolibet ipsius.x.k.motum ipsum esse.

¶ Postquam phs ondit qualiter sit accipere primum in muta tione et qualiter non. Hic ostendit ordinem eorum que in mo tu inueniuntur adinuicem: et primo premittit quedam necessa ria ad propositum ostendendum: secundo ostendit propositum.ibi. Ostenso autem hoc. Dicit ergo primo quod omne quod mu- Lec.5.
tatur mutatur in tempore: vt supra ostensum est: sed in tem T.c.32.
pore aliquo dicitur aliquid mutari dupliciter: vno mo do primo et per se. Alio modo secundum alterum.i.ratione partis: sicut dicitur aliquid mutari in anno quod mutatur in die: hac ergo distinctione premissa proponit quod intendit pro bare.s.si aliquid mutatur primo in aliquo tempore neces se quod mutetur in qualibet parte illius temporis: et hoc probat dupliciter: primo quidem ex diffinitione eius quod dicitur primum. hoc enim dicitur primo alicui conueni- Lec.1.
re quod conuenit ei secundum quamlibet suam partem: vt in prin- T.c.6.1.
cipio quinti dictum est: secundo probat idem per rationem: sit enim tempus in quo primo aliquid mouetur.x.r.et quia om ne tempus est diuisibile: diuidatur secundum k.necesse est ergo dicere quod in parte temporis que est.x.k.aut moueatur aut non moueatur: et similiter de parte que est k.r.si ergo de tur quod in neutra harum partium mouetur: sequitur quod neque in toto.x.r.moueatur: sed quiescat in eo: quia impossibile est quod aliquid moueatur in tempore in cuius nulla parte moue tur. Si autem detur quod in vna parte temporis moueatur et non in alia: sequetur quod non primo moueatur in.x.r.tem pore: quia oportet quod secundum vtranque partem moueretur: et non secundum alteram tantum. Necesse est ergo dicere quod moueatur in qualibet parte temporis quod est.x.r.et hoc est quod demon strare volumus.s.quod in quo primo tempore aliquid mo

uetur: in qualibet parte eius mouetur. ¶ Secūdo ibi.

¶ Demonstratio probationis q id quod mouetur pmo in aliquo tpe: mouetur in qualibet parte illius tēporis.



T.c.52. ¶ Ostenso autē hoc manifestuz est q omne qd̄ mouetur, necesse est motū esse prius: si enim .x.r. primo tpe per .k.l. motum est magnitudinez: in medietate qd̄ eque velociter mouet : et simul inceptū est: mediū erit motū: si autez eque velox in eodem tempore motū est aliquid : et alterum necesse est per eandem motū esse magnitudinē: quare erit motū prius quod mouetur.

¶ Procedit ad pricipale ppositū ōndēduz: et circa hoc duo facit. primo inducit demōstrationes ad ppositū ōndēdū: scdo ɔcludit veritatē determinatā: ibi. Quare necesse est. Circa primum duo facit. primo ostēdit q ante omne moueri precedit mutatū esse: scdo q ecōuerso ante quodlibet mutatū esse precedit moueri: ibi. Nō soluz aūt qd̄ mutatur. Primuz ostēdit tribus rōnibus: quaꝝ pma talis est: detur q in .x.r. pmo tpe aliqd̄ mobile motum sit per .k.l. magnitudinem: manifestum est q si accipiatur aliud mobile eque velox qd̄ simul inceptum est moueri cū ipso in medietate tpis motuz erit per mediū magnitudinis: cū g sit eque velox illud qd̄ mobile ponit moueri per totā magnitudinē: seqtur q etiā ipsum in eodem tempore .s. in medietate temporis .x.r. motū est iam per cādē magnitudinē: que .s. est pars totius magnitudinis .k.l. sequet ergo q illud qd̄ mouet prius est mutatuz. vt aūt illud qd̄ hic dr̄ manifestius intelligat. Cōsiderandum est q sicut pūctus nominat terminū linee: ita mutatum esse nominat terminū motus: quācūq; autē lineam vel partē linee accipias. semp est dicere q ante cōsumatiōem linee totius sit accipere aliqd̄ pūctum fz qd̄ linea diuidat: et silr añ quemlibet motū et ante quācūq; ptem motus est ac. ipere aliqd̄ mutatū eē: qz dū mobile est in moueri ad aliquē terminū iaz pertransiuit aliqd̄ signū: respectu cuius iam dr̄ mutatū esse: sed sicut pūctū infra lineā est in potētia ante linee diuisionē. In actu aūt qñ iā linea est diuisa: cū pūctum sit ipsa linee diuisio similiter hoc q dico mutatum esse infra motū est in potētia quādo motus nō ibi terminatur: sed si ibi terminetur erit in actu: et quia quod est in actu notius est eo quod est i potētia: ideo Aristo. probauit q illud quod ɔtinue mouetur iam mutatum est aliquid p aliud mobile eque velox cuius motus iaz terminatus est: sicut si quis probaret q in aliqua linea esset pūctum in potentia per hoc q alia linea eiusdem rationis esset diuisa in actu. ¶ Secūdaz rationem ponit ibi.

iplici
tione,
ma


¶ Demonstratio prima probans q omne moueri precedit mutatum esse.



¶ Amplius autez et si in omni tpe qd̄ est .x.r. motum esse dicimus: aut omnino in quolibet tempore: in accipiendo vltimū ipsius tēporis nūc: hoc enim determinans est: et mediū ipsoꝝ nunc tempus est: et in aliis similiter dicetur motū esse: medietatis autez vltimū diuisio est : quare et in medio motū erit: et omnino in qualibet partiū: semper eniz similis diuisionis tēpus est determinatū ab ipsis nunc: si igit omne tēpus diuisibile est: mediū autē ipsoꝝ nūc tempus est: omne qd̄ mutatur infinite mutatū erit. T.c.53.

¶ Que talis est: i toto tpe .x.r. vl' i quocūq; alio dr̄ aliqd̄ mutatū eē p hoc q accipit vltimū nūc ipsius tpis nō q in nūc moueat aliqd̄: sz qz in nūc terminat motus: vnde hic nō accipit mutatū esse pro eo qd̄ est aliqn̄ moueri: sz pro eo q est terminari motū: iō aūt necesse est terminari motū in vltimo nūc tpis mēsurātis motū: qz ipsum nūc determinat tps .s. est terminus ipsius: sicut pūctū linee: et opz oē tps esse medium iter duo nūc: sicut linea est iter duo pūcta: qz ergo moueri est in tpe sequit q motū esse sit in nūc qd̄ est terminus tpis: et si ita est de motu q est i toto tpe: oz etiam q silr dicat de ptibus motus q sūt in ptibus tpis: iam eniz ostēsuz est q si aliqd̄ mouet pmo in toto tpe: qd̄ mouet in qualibz pte tpis: qlibz aūt pe tpis accepta teriat ad aliqd̄ nūc. Oz .n. q vltimū medietatis tpis sit diuisio .s. ipz nūc qd̄ diuidit iter duas ptes tpis: q̄re seqtur q illd̄ qd̄ mouet p totū sit pus motū in medio pp nūc qd̄ determinat mediū: et eadē rō est de q̄libz alia pte tpis: qualitercūq; .n. diuidat tps semp iueniet q̄lz ps tpis determinari a duob' nūc. et post primū nunc tpis mēsurātis motū qdcūq; aliō nūc accipiat i eo iam motū ē: qz illud nūc qdcūq; accipiat ē terius tpis mēsurātis motū: qz igit oē tps diuisibile est in tpa: et oē tps ē mediū iter duo nūc: et in oi nūc qd̄ est vltimū tpis mēsurātis motū: aliqd̄ motū ē: sic pbatū ē: seqt q oē qd̄ mutat sit ifinities mutatū: qz mutatū eē ē terius mot' sic pūctū linee: et nūc tpis. Sic g in q̄lz linea ē signare ifinitios pūctū añ pūctū: et in quolz tpe ifinitios nūc añ nūc pp h q vtrūq; est diuisibile in ifinitū: ita in quolz moueri ē signare ifinities mutatū eē: qz mot' ē in ifinitū diuisibil: sic linea et tps: vt .s. pbatū ē. ¶ Tertiam rōnem ponit ibi. Lec.6. T.c.39.

¶ Demonstratio secunda probans idem quod supra.
X. Tempus nunc. Tempus. R.



T.c.54 ¶ Amplius autē si continue quod mutatur. & non corrumpitur: neq; pausat a mutatione: aut mutari: aut mutatū esse: necesse est in quolibet: in ipso aūt nunc non est mutari necesse mutatuz esse sm vnumquodq; ipsoruz nūc: quare si ipsa nūc infinita sunt: necesse est omne quod mutat̄ infinite mutatum esse.

¶ Que talis est. oē qd̄ mutat̄: si nō corrumpit̄: neq; pausat a mutatione. i. neq; desinit moueri quasi ꝯtinue mutatum: necesse est ꝙ in quolibet nūc tpis in quo mouet̄ vel mutat̄ vel sit mutatū. Sz in nūc non mutat̄: vt ondsuz ē: ergo necesse est ꝙ in quolibet nūc tpis mēsurantis motū
Lec.5. ꝯtinuū sit mutatū: sz in quolibet tpe sunt infinita nūc. qꝛ
T.c.29. nūc est diuisio tpis & tps est in infinitū diuisibile: ergo oē qd̄ mutat̄ est infinities mutatū: & ita sequit̄ ꝙ ante oē moueri sit mutatū esse: non q̄si extra ipm moueri existens: sed in ipso: vt terminans aliquā ptem eius. ¶ Secundo ibi.


T.c.55 ¶ Non solū autem quod mutat̄: necesse est mutatū esse: sed etiaz mutatū necesse prius mutari.

¶ Probat e ꝙ econuerso ante oē mutatū eē precedat mutari: & pmo ex pte tpis: scdo ex pte rei sm quā est mot⁹. ibi. Ampli⁹ aūt in magnitudine. Circa primū duo facit. pmo ꝓponit ꝓpositū. scdo demonstrat qddam necessarium ad ꝓbandum ꝓpositum. ibi. Oē. n. qd̄ ex quodam: Tertio inducit ꝓbationez principalis ꝓpositi. ibi. Qm̄ igitur. Dicit ergo primo. ꝙ non solum oē qd̄ mutat̄ necesse est mutatum esse iam: sed etiam oē qd̄ mutatuz est: necesse est prius mutari: qꝛ mutatū esse est terminus ei⁹ quod est moueri. Unde oportet ꝙ ante mutatū esse precedat moueri. ¶ Secundo ibi.

¶ Omne enim quod ex quodam in quiddam: mutatum est: & in tempore mutatum est. Sit enim in ipso nūc. ex. a. in. b. mutatur ergo in codez quidem nunc: in quo est in ipso. a. non mutatum est: similiter enim esset in ipso. a. & in. b. Quod enim mutatum est: quando mutatū est: quod non est in hoc: ostensum est prius: si vero in alio est: in medio erit tempus. Non enim coniuncta erat ipsa nunc.

¶ Ponit quoddā necessariū ad ꝓpositi ꝓbationem. s. ꝙ omne quod mutatur ex quodā in quoddā: sit mutatū in tpe. Sed aduertendū ꝙ hic mutatum esse non est idem quod terminari motū. Supra. n. ostensum est ꝙ id tēporis in quo pmo dicitur mutatū esse est indiuisibile: sz accipitur hic mutatum esse sm ꝙ significat ꝙ aliquid prius mouebatur. q. d. omne quod mouebatur: mouebatur in tempore: & hoc probat sic: si hoc non est verū: sit aliqd mutatuz ex. a. in. b. idest ex vno termino in alterū in ipso nūc. hoc posito sequitur ꝙ quando est in ipso. a. idest in termino a quo. in eodē nunc nondū est mutatū: qꝛ iam supra ostensum est: ꝙ illud qd̄ mutatum est quādo mu- Lec.7.
tatum est non est in termino a quo: sed magis in termino a pri°
ad quem. sequeretur ergo ꝙ simul esset in. a. & in. b. oz ergo dicere ꝙ in alio nunc sit in. a. & in alio nūc mutatum sit. Sed inter quelibet duo nunc est tpus mediū: qꝛ duo nūc non possunt esse sibi ꝯiūcta imediate: vt supra osten-
suz est. Relinquitur ergo ꝙ omne qd̄ mutatur: mutatur Lec.1.
in tpe. Uidetur aūt qd̄ hic ꝯcluditur habere instantiaz T.c.3.
in generatione & corruptione inter quorū terminos non est aliquod mediū. Si. n. inter nunc in quo est in termino a quo: & inter nunc in quo est in termino ad quez sit tps mediū: sequetur ꝙ aliquid sit mediū inter esse & non esse: qꝛ in illo medio tempore id qd̄ mutatur neq; esset ens neq; non ens. Sed qꝛ ratio que hic ponitur demonstratiua est: oportet ꝙ hic dicitur aliquo modo etiaz in generatione & corruptione saluari: ita tamen ꝙ aliquo modo etiā hmōi mutationes sint momentanee: cuz non possit esse aliquod mediū inter extrema earū. Est igitur dicēdum ꝙ illud quod mutatur de non esse in esse vel econ-
uerso non est simul in non esse: ꝙ esse: sed sicut in. 8. dicet Lec.17.
non est dare vltimum instans in quo id quod generatur T.c.69.
sit non ens: sed est dare primū instans in quo est: ita ꝙ in tempore precedenti illud instans est non ens: inter tempus autem & instans quod terminat motū non est aliqd medium: & sic non oportet ꝙ sit mediuz inter esse & non esse: sed qꝛ tempus quod precedit instans quo primo ē quod generatur mensurat aliquem motū. sequitur ꝙ sicut illud instans in quo primo est quod generatur est terminus precedentis temporis mensurantis motū: ita incipere esse est termin⁹ precedentis motus. Si ergo generatio dicatur ipsa inceptio essendi sic est terminus motus: & sic est in instanti: qꝛ terminari motū quod est mutatū esse est in indiuisibili temporis. vt supra ondsum est. Si aūt generatio accipiatur ipsa inceptio essendi cū toto motu precedente: cuius ē terminus: sic non est in instā-
ti: sed in tempore: ita ꝙ in toto tēpore pcedenti est non T.c.44.
ens illud quod gn̄atur & in vltimo instanti est ens: & similr dicendum est de corruptione. ¶ Tertio ibi.

¶ Demōstratio ꝓbās ꝙ oz ꝙ oē qd̄ mouet̄ moueat̄ i tpe
In nunc tpis.



¶ Quoniam igitur in tempore mutatuz est: tē-
pus autez omne diuisibile: in medio aliud erit T.c.56.
mutatū: & iterū in illi⁹ medio: aliud: & sic semper. Quare mutabitur prius.


¶ Probat pncipale ꝓpositū tali rōne: oē qd̄ mutatū est

in tempore mutabatur: vt probatū est: omne autem tps est diuisibile: qd autem in aliquo tpe mutatur in qualibet parte illius tpis mutatur: ergo oportet dicere q illud quod mutatum est in toto aliquo tpe mutabat prius in medietate temporis: et iterum in medietate medietatis. et sic semp procedetur. pp hoc q tempus est in infinitum diuisibile: ergo sequit q omne quod mutatum est prius mutabatur: et ita ante omne mutatum esse pcedit mutari. ℭ Deinde cum dicit.

T.c.57. ℭ Amplius autez in magnitudine manifestius est quod dicitur propter id quod continua est magnitudo in qua mutatur quod mutatur. Sit eniz mutatuz ex.c.in.d. Ergo si indiuisibile est ipsuz.c.d. impartibile erit ipartibili coniunctū. Quoniaz autez hoc impossibile est. necesse est magnitudinez esse: quod inter est et in infinita diuisibile: quare si in illa mutatur prius: necesse ergo oē quod mutatuz est mutari prius.

ℭ Ondit idem ratiōe accepta ex parte eius fm qd mutabat: et primo qtum ad motus q sunt in qtitate: scdo qtum ad alias mutatiōes. ibi. Eadem.n. demonstratio est. Dicit ergo primum q hoc qd dictū est ex parte tpis cōiter ad omnē mutationem manifestius pōt accipi ex parte magnitudinis: qz magnitudo est manifestior q tēpus: et magnitudo continua est sicut et tps: et in ea aliqd mutatur. s. illud qd mouetur fm locum vel qd mouetur fm augmentū et decrementū: sit ergo aliquid mutatum ex.c.in.d. nō autem potest dici q totum quod est.c.d. sit indiuisibile: qz oportet q.c.d. sit ps alicuius magnitudinis: sicut motus q est ex.c.in.d. est pars motus totius.
Lec.6. Silr.n. diuiditur magnitudo et motus vt supra ostēsum
T.c.37. est. Si aūt aliquod indiuisibile sit pars magnitudinis. se-
Lec.1. quit q duo impartibilia erunt imediate ɔiuncta. qd est
pn° fe impossibile: vt supra ostēsum est. Non ergo pōt dici q
per to totū.c.d. sit indiuisibile: ergo necesse est q id qd est inter
3 c.et.d. sit quedam magnitudo: et p ɔñs q in infinitū diuidi possit: sed semp prius mutat in parte magnitudinis: q sit mutatū p totā magnitudinez: ergo necesse ē oē qd mutatū est: prius mutari: sicut necesse est q añ qualibet magnitudinem totam sit ps eius. ℭ Secundo ibi.

ℭ Demonstratio probans q ante omne mutatum esse precedit mutari.



ℭ Eadem enim demonstratio est in non conti-
T.c.28. nuis: vt in contrarijs et contradictione. Accipimus eniz in tempus in quo mutatuz est: et iteruz eadez dicemus.

ℭ Ostendit q idē necesse est esse in illis mutationibus q non sunt fm aliqua ɔtinua: sicut de alteratiōe que ē inter ɔrias qlitates: et de gñatione et corruptione q sunt inter ɔtradictorie opposita: lz.n. in his non possit hoc demōstrari ex parte rei fm quā est motus: accipietur tñ tps in quo sunt hmōi mutatiōes: et eodē modo pcedet. Sic igit in trib⁹ mutatioibus. s. alteratione et corruptione et gñatione hz locū sola prima ratio: in alijs aūt tribus. i. augmento et decremento et loci mutatione hz locum vtraqz. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quare necesse est mutatuz omne mutari prius: et quod mutatur mutatuz esse. et est in ipso mutari mutatuz esse prius. Ipso autez mutatuz esse mutari: et nullo modo cōprehenditur primuz. Causa autez huiusmodi est: non esse impartibile impartibili coniunctuz. In infinituz eniz diuisio est sicut in his que augmentantur et minuuntur lineis.

ℭ Cōcludit pncipale ppositum: et pmo in cōi. scdo spālr qtū ad gñatione et corruptiōez. ibi. Manifestū igit. Cōcludit ergo pmo ex pmissis q necesse ē oē mutatū prius mutari: et qd mutat prius esse mutatū: et sic verū est dicere q in ipso qd est mutari prius est mutatū eē: et iterū in ipso qd est mutatū eē est prius mutari: et ita manifestuz fit q nllo mō ɔprehēdit aliqd pmū: et hmōi cā est: qz i motu nō ɔiungit ipartibile ipartibili. ita q totus motus ɔponat ex impartibilib⁹: qz si h esset: esset accipere aliquod pmum: h aūt nō est verū: qz motus est diuisibilis in infinitū: sicut ēt et linee q in infinitū diminuunt p diuisionez et in infinitū augmentant p additionē oppositā diminutioni: dū. s. qd subtrahit ab vno alteri addit: vt in tertio est ostensum. Manifestū est.n. in linea q ante qlibet ptem
Lec.9. linee est accipe punctū in medio illius ptis: et añ illō pū
T.c.59. ctū mediū est accipere aliquam ptem linee: et sic in infini
t.60. tū: nō tñ linea est infinita: qz añ pmū pūctū linee non est aliqua ps linee: et silr ɔsiderandum est in motu: qz cū qlibet ps motus sit diuisibilis: ante qlibet ptem motus est accipe indiuisibile aliqd in medio illius ptis qd est mutatum eē: et añ illō idiuisibile est accipe ptē motus et sic in īfinitū: nō tñ sequit q motus sit īfinitus: qz ante pmum idiuisibile motus nō est aliqua ps motus: illud tñ pmuz indiuisibile non dr mutatum esse sicut nec primum punctum linee dicitur diuisio. ℭ Secundo ibi.

ℭ Manifestuz igitur quoniaz quod factuz est: T.c.59.
necesse est fieri prius: et quod fit factuz esse: quecunque diuisibilia et continua sunt. Non tamen semper quod fit: sed aliud aliquando. vt illius aliquid sicut domus fundamentuz. Similiter autez et in eo quod corrūpitur. et quod corruptuz est: mox enim inest ei quod fit: et quod corrūpitur infinituz quiddaz. cuz sit continuuz: sed non est fieri: nisi aliquid factuz sit prius. Neque factuz esse. nisi fiat aliquid: similiter autez et in corrumpi. et in corruptuz esse. Semper eniz erit ipso corrumpi corruptum esse prius. Corrupto autez esse corrumpi. Manifestuz igitur quia quod factuz est: necesse est fieri prius: et quod fit factuz esse. Omnis eniz magnitudo et omne tēpus semper diuisibilia sunt. Quare i quocūqz fit aliqd: nō erit vtiqz sicut in prio.

Notabi le. ¶ Ondit idem specialiter in generatione ꝛ corruptione:
ꝛ hoc ideo qꝛ aliter se hꝫ mutatū esse ad mutari in gene
ratione ꝛ corruptione: ꝛ aliter in alijs. In alijs.n.muta-
tū eē ꝛ mutari est fm idē.sicut alteratū eē: ꝛ alterari est
fm albū. Nā alterari est mutari fm albedinē: alteratuꝫ
aūt esse: est mutatū esse fm albedineꝫ: ꝛ idem dōm est in
motu locali ꝛ augmento ꝛ decremento: sed in generatio
ne fm aliud est mutatū esse: ꝛ fm aliud mutari. Nā mu
tatum esse est fm formā: mutari vero nō est fm negatio
nem forme q̄ nō suscipit magis ꝛ minus fm se: sed mu-
tari est fm aliquid adiunctū negationi qḋ suscipit magiſ
ꝛ minus: qḋ est qualitas: ꝛ ideo generatū esse est termin⁹
eius qḋ est alterari: ꝛ similiter corruptū esse: ꝛ qꝛ motus
Lec. 1. s. cō. 4. denominaꝛ a termino ad quē: vt in pncipio quinti dcm̄
est: ipsum alterari: qꝛ habet duos terminos.s.formā sub
stātialem ꝛ qualitatē: dupliciter noiatur: qꝛ pōt dici ꝛ al
terari ꝛ fieri ꝛ corrūpi: ꝛ hoc mō accipit hic fieri ꝛ cor-
rūpi pro ipso alterari fm ꝙ terminaꝛ ad eē vel nō esse.
Unde dicit ꝙ illud⌊ qḋ factū est: necesse est pri⁹ fieri: ꝛ il
lud qḋ fit necesse est factuꝫ esse: quecūqꝫ tn̄ sunt diuisibi-
Exposi- lis ꝛ continua.⌋ Qḋ quideꝫ poniꝛ vt cōmentator dicit
tio cō. ad excludendū q̄dā que indiuisibiliter fiunt absqꝫ motu
Lec. 12. ꝯtinuo: sicut intelligere ꝛ sentire: que ēt nō dicunꝛ mot⁹
t. c. 28. nisi equiuoce: vt in. 3. de aia. dr̄. ¶ Uel potest dici aliter
Expō. s. ꝙ hoc phs addidit vt accipiatur generatio cū toto mo
thome. tu continuo precedente: sed id qḋ fit prius factū esse di-
uersimode inuenitur in diuersis: quedaꝫ.n.sunt simplicia
que hn̄t simplicem generationē: sicut aer aut ignis ꝛ in
istis nō generaꝛ pars añ ptem: sed simul generaꝛ ꝛ alte-
raꝛ totū ꝛ ptes: ꝛ in talib⁹ id qḋ fcm̄ est ipsūmet pus fie-
bat: ꝛ qḋ fit ipsūmet pus fcm̄ est pp ꝯtinuitatē alteratio



Ostensis autem his dicimus φ im- T.c.86.
partibile non contingit moueri nisi ſm accidẽs: vt in corpore moto aut magnitudine in qua: sicut vtiqz erit qõ in naui mouet a nauis motu: aut pars totius motu. Impartibile aũt dico: quod ẽ secundũ quantitatem indiuisibile. Et nãqz partium motus alij sunt ſm φ partiũ z ſm φ totius motus. Videbit autem in spera aliquis maxime differentiam. Non enim eadem erit velocitas eorum que iuxta centrum sunt z que extra: z que totius: sicut non vnius existẽte motu. Sicut igitur dicebam sic: quidem contingit moueri impartibile: sicut in naui sedens naue eunte: per se autez non contingit.


¶ Postq̃ philosophus soluit rõnes zenonis improbantis motum: hic intendit ostẽdere φ impartibile nõ mouetur per qõ destruitur opinio democriti ponentis athomos per se mobiles. Et circa hoc duo facit. pmo proponit intẽtionem. sc̃do probat propositũz. ibi. Mutetur .n. ex a.b. in b.c. Dicit ergo primo φ suppositis his que supra ostensa sunt. Dicendum est φ impartibile non potest moueri: nisi forte per accidens: sicut punctum mouet in toto corpore vel q̃cũqz alia magnitudine in qua est punctum. s. linea vel superficie. moueri aũt ad motum alterius contingit dupliciter. Uno modo quãdo id quod mouet ad motum alterius non est aliqua pars eius sicut illõ qõ est in naui mouetur ad motum nauis: z albedo etiã mo- pᵒ distĩ.
uetur ad motum corporis cum nõ sit pars eius. Alio modo sicut pars mouetur ad motum totius. Et q2 impartibile dicit multipliciter: sicut z partibile. ostendit quomodo accipiat hic impartibile: z dicit. φ impartibile hic dicitur illud quod est indiuisibile ſm quantitatem. dicitur 2ᵒ
enim z aliquid impartibile ſm spẽm sicut si dicamꝰ ignez impartibilem: aut aerem: q2 non potest resolui in plura corpora spẽ diuersa. Sed tale impartibile nihil prohibet moueri. Intendit ergo excludere motum ab impartibili ſm quantitatem. z quia dixerat φ pars mouetur ad motum totius. z aliquis posset dicere φ pars nullo modo mouetur subiungit φ sunt aliqui motus partium in-

quantum sunt partes que sunt diversi a motu totius inq̄
tum est motus totius. ꝛ hanc diffiaz aliqs maxime potest
considerare in motu sperico: qꝛ non est eadem velocitas
partium q̄ mouentur circa centrū: ꝛ partiū: que sunt ex-
tra. i. versus superficiem exteriorem spere: ꝛ q̄ est etiam
velocitas totius. ac si motus iste non sit vnius sed diuer-
soꝝ: manifestum est eniz ꝙ velocius est qd̓ in equali tēpo
re pertransit maiorem magnitudinē. dum aūt spera mo
uetur manifestum est ꝙ maiorem circulū pertransit pars
exterior spere q̄ꝫ pars interior. vnde maior est velocitas
partis exterioris q̄ꝫ interioris: tamē velocitas totius est
eadem cuz velocitate interioris ꝛ exterioris partis. Ista
aūt diuersitas motuuz intelligenda est fm ꝙ partib⁹ cō-
tinui conuenit moueri. s. in potentia. vnde actu est vnus
motus totius ꝛ partiuz: sed potentia sunt diuersi motus
partium ꝛ ad inuicem ꝛ a motu totius. ꝛ sic cum dicitur
pars moueri per accidens ad motum totius: est tale per
accidens qd̓ est in potentia per se: qd̓ nō est de motu per
accidens: fm ꝙ dicuntur accidentia vel forme per acci-
dens moueri. Posita igitur distinctione eius qd̓ mouet
explicat suam intentionem: ꝛ dicit. ꝙ id qd̓ est impartibi
le fm quantitatem pōt moueri quidem ad motuz corpo
a pñ° fi. ris per accidens: nō tanq̄ꝫ pars: qꝛ nulla magnitudo cō-
ponitur ex indiuisibilibus: vt ostensum est: sed sicut mo-
uetur aliqd ad motum alterius qd̓ non est pars ei⁹ sicut
sedens in naui mouetur ad motum nauis: sed per se non
5.t c. cōtingit ipartibile moueri. hoc aūt idem supra probauit
nō ex pncipali intētione: sed incidenter. vnde pter rōem
suprapositam hic magis explicat veritatē ꝛ rōnes addit
t.c.87 efficaces ad propositum ostendendum. ❡ Scđo ibi.

❡ Mutetur enim ex a.b. in b.c. siue ex magnitu
dine in magnitudinem: siue ex specie in speciem:
siue secundum contradictionem. Tempus autē
sit in quo primo mutatur e.d. Ergo necesse ē ip
sum secundum ꝙ mutaī tempus: aut in a.b. esse.
aut in b.c. aut aliqd qdem huius in hoc. aliud ve
ro in altero. Omne eni qd̓ mutatur: sic se habuit.
In vtroqꝫ quidem igitur non erit aliquid ipsi⁹:
partibile enim vtiqꝫ esset. At vero neque in b.c.
mutatum enim erit. Concessum est autem muta
ri. Relinquitur igitur ipsuz in a.b. esse fm ꝙ mu
tatur tempus: quiescet ergo. In eodem enim esse
t.c.88. per tempus quoddam quiescere est. ❡ Quare
nō contingit impartibile moueri neque omnino
mutari. Solum eniz sic esset ipsius motus: si tem
pus esset ex ipsis nunc. Semper enim in ipso
nunc est motum esse ꝛ mutatum. Quare mo
ueri quidem nequaquam est: motum autem esse
semper. Hoc autem ꝙ impossibile sit: ostensum
est. Neque enim ex ipsis nunc tempus: neque
linea ex ipsis punctis: neque motus ex momen
tis est. Nihil eniz aliud facit hoc dicens: aut mo
tuz ex indiuisibilibus: sicut si tēpus ex ipsis nūc:
aut magnitudinem ex punctis.

❡ Probat ꝓpositū tribus rationibus. ❡ Quaꝝ prima
rōne talis est. si ponatur ꝙ impartibile mouetur: moueaī ex
a.b. in b.c. nec differt quantum ad hanc rōnem vtrū ista
duo. s. a.b. ꝛ b.c. sint due magnitudines siue duo loca: vt
in motu locali ꝛ augmēti ꝛ decrementi: vel due species. i.
due qualitates: sicut in motu alterationis: vel sicut duo
contradictorie opposita: vt in generatione ꝛ corruptōe.
ꝛ sit temp⁹ e.d. in quo aliqd mutatur de vno termino in
alterum primo. i. non rōe partis. In hoc ergo tempore
necesse est ꝙ id qd̓ mutatur aut sit in a.b. s. in termino a
quo: aut in b.c. i. in termino ad queꝫ: aut aliquid ei⁹ ē in
vno termino: alia vo pars ei⁹ est in altero. omne eni qd̓
mutatur oportet ꝙ aliquo hoꝝ trium modoꝝ se hēat:
sicut supra dictum est. Non aūt potest dari tertium mem Lect. II.
brum. s. ꝙ sit in vtroqꝫ fm diuersas partes sui: quia sic se t.c.83.
queret ꝙ eēt partibile. ꝛ positum erat ꝙ esset impartibi
le: sed similiter non potest dari scđm membrum. s. ꝙ sit in
b.c. i. in termino ad quem: qꝛ quando est in termino ad
quem: tunc iam est mutatuz: vt ex superioribus pꝫ. pone Lect. 7.
batur tamen ꝙ in hoc tempore mutaretur. Relinquitur t.c.40.
ergo ꝙ in hoc toto tempore in quo mutatur indiuisibile
sit in a.b. ꝛ in termino a quo: ex quo sequitur ꝙ quiescat.
nihil enim est aliud quiescere q̄ꝫ ꝙ aliqd sit in vno ꝛ eo-
dem per totum aliquod tempus. cum enim in quolibꝫ tē
pore sit prius ꝛ posterius: si tempus est diuisibile qcqd p
aliquod tempus est in vno ꝛ eodem: similiter se hꝫ nunc
ꝛ prius: quod est quiescere: sed hoc est impossibile ꝙ ali-
quid dum mutatur quiescat. Relinquitur ergo ꝙ non cō
tingit ipartibile moueri neqꝫ aliquo mō mutari. hoc eni
solo modo posset motus aliquis esse rei indiuisibilis. si tē
pus componeretur ex ipsis nunc: qꝛ in nunc est semꝑ mo
tū esse vel mutatū. ꝛ qꝛ qd̓ motū est inq̄ꝫtū hmōi nō mo-
uetur: sequitur ꝙ in nunc nihil mouetur sed sit motum. sic
igitur posset poni indiuisibile moueri in aliquo tempore
si tempus ex ipsis nunc componeretur. quia posset da-
ri ꝙ in quolibet ipsorum nunc ex quibus componitur tē
pus esset in vno ꝛ in toto tempore. i. in omnibus nunc es
set in multis. ꝛ sic in toto tempore moueretur: non autēꝫ
in aliquo nunc: sed ꝙ hoc sit impossibile: scꝫ tempus com
poni ex ipsis nunc ostensum est prius. Ostensum est enim l.i.a pñ°
supra ꝙ neqꝫ tempus componitur ex ipsis nunc: neqꝫ li- in fi.
nea ex ipsis punctis: neqꝫ motus componitur ex momē
tis: vt per momentum intelligamus hoc quod est muta-
tum esse. qui enim hoc dicit. ꝙ indiuisibile mouetur: aut
ꝙ motus componatur ex indiuisibilibus. nihil aliud fa-
cit q̄ꝫ ꝙ tempus componatur ex nunc: aut magnitudo ex
punctis: qd̓ est impossibile. ergo ꝛ impossibile est impar
tibile moueri. ❡ Scđam rōnem ponit ibi.

Demonstratio ꝙ impossibile est ipartibile ꝑ se moueri.



❡ Amplius autem ex his manifestum: ꝙ neque T.c.89
punctum: neque aliud indiuisibile nullum con
tingit moueri. Omne enim quod mouetur: im-
possibile est prius maius moueri ipsius q̄ꝫ aut
equale aut minus. Si igitur hoc manifestum
quia ꝛ punctum minus aut equale mouebitur
primum. Quoniam autem indiuisibile est: im-

possibile est minus moueri prius. Equale ergo ipsi. Quare erit linea ex punctis: semper eni per equalez motum omnem lineam punctum mensurabit. Si autem hoc impossibile est: ⁊ moueri indiuisibile ipossibile est.

¶ Et dicit ꝙ ex his q̄ sequunt̄ potest eē manifestū ꝙ neq̄ pūctū neq̧ aliud qd̄cūq̧ indiuisibile potest moueri. Et ista rō specialis est de motu locali. omne eniz qd̄ mouet̄ fm̄ locū impossibile est ꝙ prius pertranseat maiorē magnitudinem ipso mobili: ꝙ eq̄lem vel minorem: sed semper mobile pri⁹ pertransit magnitudinem eq̄lem sibi aut minorem q̄ maiorem. Si ergo hoc ita se habet manifestū est: q̄ ⁊ pūctū si mouet̄ pri⁹ pertransibit aliq̄d min⁹ se aut eq̄le sibi: q̄ longitudinem maiorem se. sed impossibile est ꝙ pertranseat aliq̄d min⁹ se: q̄ est indiuisibile. Relinquit ergo ꝙ pertransibit eq̄le sibi. ⁊ ita oporteret ꝙ nūeret omnia pūcta que sūt in linea: q̄ semper pūctū cū moueat̄ motu eq̄li linee propter hoc ꝙ mouet̄ per totam lineam: seq̄t ꝙ totam lineam mensuret. hoc aūt facit numerādo omnia pūcta. sequit̄ ergo ꝙ linea sit ex pūctis. Si ergo hoc est impossibile: impossibile est ꝙ indiuisibile moueat̄. ¶ Tertiam rationem ponit ibi.

T.c.90. ¶ Amplius autez si oē in tēpore mouetur in ipo nunc nihil: oē autē tēpus diuisibile: erit vtiq̧ aliquod tēpus min⁹ quolibet coruz que mouent̄: in quo mouetur: quantū ipsuz motū est. hoc q̄dē eniz erit tēpus in quo mouetur propter id ꝙ mouetur omne in tēpore. Tēpus autez omne diuisibile ostensuz est prius. Si igitur punctū mouetur: erit aliquod tempus minus in quo ipsuz motū est: sed impossibile est. In minori enim necesse minus moueri. Quare erit diuisibile indiuisibile i minus: sicut ⁊ tēpus in tēpore. Solū modo eniz mouebitur impartibile ⁊ indiuisibile: si erit in ipso nunc possibile moueri atomo. Eiusdem enim rationis est in ipso nunc moueri: ⁊ indiuiduū aliquod moueri.

Lec.5. ¶ Que talis ē. omne qd̄ mouet̄ mouet̄ in tp̄e: ⁊ nihil mo
T.c.29. uet̄ in ipso nūc: vt supra probatū est. Ostēsum est aūt su
Lec.3. pra ꝙ oē tp̄s est diuisibile. ergo in q̄libet tp̄e i quo aliq̄d
T.c.16. mouet̄: erit accipe min⁹ tp̄s i quo mouet̄ aliqd̄ min⁹ mobile. q̄ manifestū est ꝙ supposita eadez velocitate: in minori tp̄e ptrāsiet min⁹ mobile aliqd̄ signū datū: q̄ mobile mai⁹: sic in minori tp̄e ps q̄ totū: vt ex superioribus p3. Si ergo pūctū mouet̄ erit accipere aliqd̄ tp̄s min⁹ tempore in quo ip̄m mouet̄. Sed hoc est impossibile: q̄ sequeret̄ ꝙ in illo minori tp̄e moueret̄ aliq̄d min⁹ q̄ pūctū ⁊ sic indiuisibile esset diuisibile in aliqd̄ min⁹: sic̄ tp̄s diuidit̄ in tp̄a. hoc enim solo modo posset moueri indiuisibile si eēt possibile aliq̄d moueri in nūc idiuisibili. q̄ sic̄ nō esset accipere aliqd̄ min⁹ ipso nūc in quo mouet̄: ita non oporteret accipere aliqd̄ min⁹ mobili. Et sic p3 ꝙ eiusdē rōnis est ꝙ fiat mot⁹ i nūc: ⁊ ꝙ idiuisibile aliqd̄ moueat̄. hoc aūt est impossibile: ꝙ in nūc fiat mot⁹. ergo impossibile est ꝙ indiuisibile moueat̄. Lectio. XIII.

T.c.91. Mutatio autem non est: neq̧ vna infinita. Omnis enim erat ex quodaz in quiddam: ⁊ que est in contradictione ⁊ in contrarijs. Quare coruz que sunt secundu3 contradictionez affirmatio ⁊ negatio terminus est: vt generationis quidez esse corruptionis autez non esse. Coruz autem que sunt in contrarijs contraria: hec eniz vltia sunt mutationis: quare ⁊ alterationis omnis. Ex contrarijs eni3 quibusdaz est alteratio. Similiter autez augmenti ⁊ decrementi. Augmenti quidez terminus est: qui est secundu3 propriaz naturaz perfecte magnitudinis. Decrementi qui est ab hac remotio.

¶ Postq̄ ph̄s ostēdit ꝙ impartibile non mouet̄: hic intendit ostendere ꝙ nulla mutatio est finita: qd̄ est contra heraclitū: q̄ posuit omnia moueri semp. ⁊ circa hoc duo facit. primo ostendit ꝙ nulla mutatio est infinita secūdū ꝓpriam speciem. scd̄o ostendit q̄uo possit esse infinita tp̄e ibi. Sed si contingit. Circa primū duo facit. p̄mo ostendit ꝙ mutatio nō est infinita scd̄m spēz in alijs mutationib⁹ preter motū localem. scd̄o ostendit idē in motu locali. ibi. Loci aūt mutatio. Prima ratio talis ē: supra dictū est ꝙ omnia mutatio est ex quodā in qd̄daz. ⁊ in quibusdam q̄dem mutationibus q̄. s. sūt inter contradictorie opposita: vt generatio ⁊ corruptio: vel inter cōtraria vt alteratio ⁊ augmentū ⁊ decrementū: māifestū est ꝙ habent prefixos terminos. Unde in his mutatiōibus que sunt inter contradictorie opposita: termin⁹ est vel affirmatio vel negatio. sicut terminus generationis est esse: corruptionis vero non esse. Similiter illaꝝ mutationū que sunt inter contraria: ipsa contraria sunt termini ad quos: sicut ad quedam vltima mutatiōes hm̄ōi terminant̄. Unde sequit̄ ꝙ cum omnis alteratio sit de contrario in ꝯtrariū: ꝙ omnis alteratio habeat aliquē terminū. ⁊ similiter dicendū est in augmento ⁊ decremēto: q̄ termin⁹ augmenti est pfecta magnitudo. ⁊ dico pfectam scd̄m conditionē proprie nature. Alia enim perfectio magnitudinis cōpetit homini ⁊ equo. termin⁹ aūt decrementi est id qd̄ contingit esse in tali natura maxie remotū a perfecta magnitudine. ⁊ sic p3 ꝙ quelibet predictaꝝ mutationū habet aliq̄d vltimū in qd̄ terminat̄. Nihil aūt tale est infinitū. ergo nulla predictaꝝ mutationū potest esse infinita. ¶ Secundo ibi. 5.lect.2. T.c.7. p̄ma rō

¶ Loci autez mutatio sic quidez non erit finita. Non eniz omnis in contrarijs est. ¶ Sed quoniaz impossibile est decisuz esse: eo ꝙ non contingit decidi. Multipliciter enim dicitur impossibile: non contingit sic impossibile decidi: neq̧ omnino impossibile factum esse fieri neq̧ mutari: ipossibile contingit vtiq̧ mutari: in quod ipossibile est mutari. ¶ Si ergo quod fert̄ mutatur in aliquid: ⁊ possibile est mutari: quare nō erit infinitus motus. Neq̧ fertur in infinito. Impossibile est enim transire ipsum. Quod quidez igitur sic non sit infinita mutatio: vt nō finiatur terminis: manifestum est. T.c.92. scd̄a rō T.c.29.

¶ Procedit ad loci mutationez. ⁊ primo ostendit ꝙ nō est similis ratio de loci mutatione ⁊ alijs mutationib⁹. Non enim potest sic probari ꝙ loci mutatio sit finita: sicut probatū est de alijs mutationib⁹ per hoc ꝙ determinant̄ ad aliqua contraria vel contradictorie opposita: q̄ non omnis loci mutatio est inter contraria simplici-

ter. Dicuntur enim contraria que maxime distāt. maxima autem distantia simpliciter accipitur quidem in motibus naturalibus grauiū ⁊ leuium. locus enim ignis a centro terre habet maximam distantiam secūdum distātias determinatas talibus corporibus in natura. vnde tales mutationes sūt inter cōtraria simpliciter. vnde de hmōi mutationib' posset ostendi q non sunt infinite: sicut ⁊ de aliis. sed maxima distātia in motibus violentis: aut voluntariis non accipitur simpliciter secūdum aliquos terminos certos: sed secūdum propositum aut violentiam mouentis. qui aut non vult: aut non potest ad maiorem distātiam mouere. vnde est ibi secundum quid maxima distantia: ⁊ per cōsequens contrarietas: nō autem simpliciter: ⁊ ideo non poterat ostendi per terminos q nulla mutatio localis esset infinita. Unde consequenter hoc ostendit alia ratione. Que talis est illud qd̄ impossibile est esse decisum non contingit decidi: ⁊ quia multipliciter dicitur aliquid impossibile. s. qd̄ omnio nō contingit esse: ⁊ qd̄ nō de facili potest esse: ideo interponit de quo impossibili hic intelligat. intelligit enim de eo quod sic est impossibile q nullo modo ꝯtingit esse. ⁊ eadem ratione id qd̄ est impossibile factum esse impossibile est fieri. sicut si impossibile est ꝯtradictoria esse simul: impossibile est hoc fieri. ⁊ pari ratione illud qd̄ impossibile est immutatum esse in aliquid impossibile est q mutetur in illud: quia nihil tendit ad impossibile. sz omne qd̄ mutatur secūdum locum mutat in aliquid. ergo impossibile est per motum peruenire in illud. sed infinitum nō potest pertransiri. Non ergo fertur aliquid localiter p infinitum. sic ergo nullus motus localis est infinitus. ⁊ ita vniuersaliter pz q nulla mutatio potest esse sic infinita vt non terminetur certis terminis a quibus speciem habet. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.94 ¶ Sed si sic contingit vt tempore sit infinitus idem existens ⁊ vnus considerandum est. Non vno quidem enim facto nihil forte prohibet: vt si post loci mutationem alteratio sit: ⁊ postea alterationem augmentum ⁊ iterum generatio. Sic enim semper quidem erit in tempore motus. sed non vnus: propter id q non est vnus ex omnibus: vt autem fiat vnus: non contingit infinitum esse tempore preter vnum: hic autem est circulatio.

¶ Ostendit quō motus possit esse infinitus tpe ⁊ dicit q considerandū est vtꝝ contingat motum sic esse motum infinitum tempore vt semper maneat vnus ⁊ idem numero. Qꝫ enim motus duret per infinitum tempus non existente vno ipso motu: nihil prohibet: qd̄ sub dubitatione dicit addens: forte. Quia posterius de hoc inquiret: ⁊ ponit exemplum. sicut si dicamus q post loci mutationem est alteratio: ⁊ post alteratione est augmentū: ⁊ post augmentum iterum generatio. ⁊ sic in infinitū. Sic enim semper posset motus durare tempore infinito: sed
T.c.6. r6 / pcesse nō esset vn' secūdum numerum: quia ex huiusmodi motibus non fit vnum numero: vt in quinto ostensum est. sed q motus duret tempore infinito: ita q semper vnus
ec. 19. / totum maneat numero: hoc non contingit nisi in vno spē mot'. motus enim circularis potest durare vnus ⁊ ꝯtinu' tpe infinito: vt in. 8. ostendetur. Lectio. I.

¶ Textus libri septimi physicorum Aristotelis stragyrite.



Omne autez quod mouetur: T.co.s. necesse ē ab aliquo moueri. Si quidem igit in seipso nō habet principium mot' manifestum q ab altero moueatur: aliud enim erit mouens. Si autem in seipso: accipiatur. a. b. quod moueatur secundum se: sed non eo q eorum que huius aliquid mouetur: primum quidem igitur opinari. a. b. a seipso moueri propter id quod totum mouetur: ⁊ a nullo exteriorum: simile est: sicut si quis ipso. d. e. mouente. e. z. ⁊ ipso moto opinetur. d. e. z. a seipso moueri propter id q non videtur vtrum ab vtro moueatur: ⁊ vtrum. d. e. ab. e. z. aut. e. z. a. d. e.

¶ Diui Thome Aquinatis in septimum librū physicorum preclarissima commentaria.



Ostquā phs i pcedētib' libris determinauit de motu scd̄m se ⁊ de ꝯñtib' ad ipm: ⁊ de partib' ei': hic icipit determinare de motu p ꝯparatiōez ad motores ⁊ mobilia. Et diuidit in ptes duas. In pma ōndit eē pmū motū ⁊ pmū motorē. In scd̄a inqrit qlis sit motus prim' ⁊ pmus motor. ⁊ hoc in. 8. lib. ibi. Utꝝ aūt motus aliqñ ⁊c̄. Prima aūt ps diuidit in ptes duas. In pma pte ōndit esse pmū motū ⁊ pmū motorem. ⁊ qz ea que sunt vni' ordinis habent aliq̄ cōparationem adinuicem. Ideo in scd̄a parte determinat de ꝯparatiōe motuū adiuicē ibi. Dubitabit aūt aliquis ⁊c̄. Circa pmū tria facit. pmo pmittit qdda quo indiget ad propositū ostēdendū. scd̄o ostendit ppositū ibi. Quoniā aūt omne qd̄ mouetur. Tertio manifestat qddaz qd̄ supposuerat ibi. Primū aūt mouens ⁊c̄. Proponit ergo primo q necesse ē omne qd̄ mouet ab aliquo alio moueri. Qd̄ quidem in aliquibus est manifestum. Sūt enim quedā que non habent in seipsis pncipium sui motus: sed principium motus ipsorum est ab extrinseco: sicut in his que per violentiam mouent. Si g̃ aliquid sit qd̄ nō habeat in seipso pncipium sui mot': sed pncipium sui mot' est ab extrinseco: manifestū est q ab alio mouetur. Si vero sit aliqd̄ mobile qd̄ habeat i seipso pncipium sui motus. Circa hoc potest esse dubiū an ab alio moueatur. Et ideo circa hoc instat ad ōndēduz q ab alio mouet. Si ergo aliqd̄ tale ponat nō moueri ab alio: accipiat mobile a. b. cui quidē moueri ꝯueniat scd̄m se ⁊ primo: non aūt ex eo q aliqua pars eius mouet: sic enim nō mouet scd̄m se. sed scd̄m partem. oz autem si aliqd̄ mouet seipsuz non motum ab altero: qd̄ sit primo ⁊ per se motuz. sicut si aliqd̄ est calidum nō ab alio: oportet q sit primo ⁊ per se calidūz. ¶ Hoc ergo dato procedit ad propositum ōndēduz dupliciter. Primo quidem excludēdo illud vnde maxime videri possz q aliqd̄ non ab alio moueatur: secūdo directe ōndēdo quod nihil potest a seipso moueri ibi. Amplius aūt qd̄ a seipso mouet ⁊c̄. Id autem ex quo maxime videtur q aliqd̄ nō moueat ab alio est: qz nō mouet ab aliquo exteriori: sed ab ipso interiori pncipio. dicit ergo primo q opinari q. a. b. moueat a seipso pp h̄ q totū mouet ⁊ nō mouetur ab aliquo exteriori: simile est ac si aliquis diceret q mobile cuius vna pars mouet ⁊ alia mouet: mo-

neat seipsum propter hoc q non discernitur que pars sit mouēs: ꝛ que sit mota. sicut si hmōi mobil' qd̄ ē d.c.z.ps quē est d.c. moueat partem que est c.z. ꝛ non videatur q̄ pars earum sit mouens ꝛ que sit mota. vult autem p̄mū mobile. a.b. quod totum mouetur. ꝛ a principio interiori mouēte: intelligi aliqd̄ corpus animatum quod totuz mouetur ab anima. per mobile autem. d.c.z. vult intelligi corpus aliqd̄ qd̄ nō totū mouetur: sed vna pars eius corporis est mouēs ꝛ alia mota. in quo quidem mobili manim est q id qd̄ mouet ab alio mouet ꝛ ex hoc vult sic mile ōndere de corpe animato qd̄ videt mouere seipsuz. hoc. n. ei cōuenit inq̄tum vna pars aliā mouet. s. aīa corpus: vt in. 8. plenius ostende t. ℂ Secundo ibi.

Lect. 10. in pn°. ac p totū T. cō. 2.

ℂ Amplius qd̄ a seipso mouetur: nullo modo pausabit cum mouetur; in stando aliquid alterum quod mouetur. Necesse est ergo si aliquid pausat quod mouetur in stando aliquid alterum: hoc ab altero moueri. Hoc autem manifesto facto necesse est omne quod mouetur cum diuisibile sit moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptum est. a.b. quod mouetur: diuisibile erit. Diuidatur igitur in. c. Necesse igitur. b.c. quiescente quiescere: ꝛ. a.b. Si enim non; accipiatur moueri. b.c. igitur quiescente mouebitur vtiqz. a.c. Non ergo mouetur per se. a.b. sed concessū est per seipsum moueri primum. Manifestum igitur q. b.c. quiescēte quiescet: ꝛ. a.b. ꝛ tūc pausabit quod mouetur. Sed si aliquid in quiescendo aliud stat ꝛ pausat moueri: hoc ab altero mouetur. Manifestum est igitur omne quod mouetur ab aliquo mouetur ꝛ non a se. Diuisibile enim est omne, quod mouetur: ꝛ parte quiescente quiescet totum.

ℂ Ostēdit: directe q omne qd̄ mouetur ab alio mouetur tali ratione. oē qd̄ mouet a seipso nō quiescit a suo motu per quietem cuiuscūqz alterius mobilis: ꝛ hoc accipit quasi per se notum. Ex hoc autem vlterius concludit q si aliqd̄ mobile quiescit ad quietem alterius q hoc mouetur ab altero. hoc aūt supposito cōcludit q necesse est omne qd̄ mouet ab aliquo alio moueri. ꝛ q hoc sequat ex premissis: sic probat. illud mobile qd̄ supposuimus a seipso moueri. scilicet. a.b. oportet diuisibile eē: q2 omne qd̄ mouet est diuisibile: vt supra probatum est. ꝛ q2 diuisibile est nullum inconueniens sequitur si diuidatur. Diuidat g i pūcto. c. ita q vna ps ei9 sit. b.c. ꝛ alia. a.c. si g. b.c. ē ps ei9 quod est.. a.b. necesse est q q̄scēte. b.c. pte q̄scat totū a.b. si ergo nō q̄scat totū q̄scēte parte: accipiatur q totum moueatur: ꝛ vna pars quiescat: sed quia pars ponitur quiescere non poterit poni totuz moueri nisi ratione alterius partis. Sic ergo. b.c. quiescente qd̄ est vna pars. mouetur. a.c. qd̄ est alia pars. sed nullum totum cuius vna sola pars mouetur: mouetur primo ꝛ per se. Nō ergo mouebitur. a.b. primo ꝛ per se: qd̄ erat suppositum. ergo oportet q. b.c. quiescente quiescat totū. a.b. ꝛ sic illud qd̄ mouetur pausabit. idest desinet moueri ad q̄etem alteri9. Sed supra habitum est q si aliquid quiescit ꝛ desinit moueri ad q̄etem alterius: hoc ab altero mouet. ergo. a b. ab altero mouet. ꝛ eadē ratio est de quolibz alio mobili: quia omne qd̄ mouetur est diuisibile. ꝛ eadez ratione opz q quiescente parte q̄scat totum. manifestū est

6 lec. 5. T. c. 32.

ergo q omne qd̄ mouetur ab aliquo alio mouet. ℂ Cōtra istam aūt Aristote. probationez multipliciter obijcitur. Obijcit enim Galienus contra hoc qd̄ dicit Arist. q si vna tantum pars eius mobilis moueatur ꝛ reliqua q̄scat: q totum non per se mouetur dicens hoc eē falsum: quia ea que mouentur secundum partem per se mouent. (obiectio Galieni)
ℂ Sed deceptus est Galienus ex equiuocatione ei9 qd̄ est per se. per se enim quādoqz sumitur secundū q opponitur ei tantum qd̄ est per accidens. ꝛ sic quod mouet secundum partem: mouet p se: vt Gal. itellexit. Qñqz vo sumit scdm̄ q opponit: simul ei qd̄ est per accidēs ꝛ ei qd̄ est secundum partem. ꝛ hoc dicitur non solum per se sed etiam primo. ꝛ sic accipit per se Aristote. hic: qd̄ pz q2 cū conclusisset: non ergo mouet per se. a b. subiungit. Sed concessum est q per seipsuz moueri p̄mū. Sed magis vrget obiecto Auicēne qui obijcit contra hanc rationē dicens eam procedere ex suppositiōe impossibilis: ex quo sequitur ipossibile: ꝛ nō ex eo q ponitur aliquid a seipso moueri. Si enim ponamus aliqd̄ mobile a seipso moueri primo ꝛ per se: nāle est ei q moueatur ꝛ secundum totum ꝛ secunduz partes. Si ergo ponatur q aliqua pars eius quiescat: erit positio impossibilis. ꝛ ex hac positiōe sequitur impossibile: ad quod Aristote. inducit. s. q totū moueatur non primo ꝛ per se vt positū est. Huic autem obiectioni posset aliqs obuiare dicendo q licet impossible sit partem quiescere secundum determinatam naturaz inq̄tum est corpus talis speciei: vtputa celum vel ignis: nō est tamen impossibile si ratio cōmunis corporis consideretur: q2 corpus inquantum corpus non prohibetur quiescere vel moueri. Sed hanc responsionem excludit. Auicēna dupli'r. primo quidem q2 pari ratione posset dici de toto corpe quod nō prohibetur quiescere ex hoc q corpus est: sicut dicitur de parte. ꝛ ita superfluum fuit assumere ad probationem propositi diuisionem mobilis ꝛ quietem partis. secundo q2 aliqua ꝑpositio simpliciter redditur impossibilis: si predicatum repugnet subiecto ratione differentie specifice: quāuis nō repugnet ei rōne generis. est enim ipossibile q homo sit irrationalis: quāuis non impediatur irrationalem esse ex hoc q est aial. Sic igitur simpl'r ipossibile ē q ps corpis mouētis seipz quiescat: q2 hoc est ꝯ rōnē talis corpis lz nō sit ꝯ rōnez. cōmunē corporis. ℂ Hac igitur respōsiōe remota Auerrois aliter soluit: ꝛ dicit q aliqua cōditionalis pōt esse vera cuius antecedens est impossibile ꝛ cōsequens ipossibile: sicut ista: si homo est asinus est animal irrationale concedendum est ergo q ipossibile est q si aliquod mobile ponitur mouere seipsum: q vel totum vel pars eius quiescat. sicut impossibile est ignem non esse calidu; propter hoc qd̄ ē sibi ipsi cā caloris: vñ hec cōditionalis est vera. si mobilis mouentis seip̄m ps q̄scit totuz quiescit Aristoteles autez si verba eius diligenter considerentur nūquam vtitur quiete partis nisi per locutionem habentem vim conditionalis propositionis. Non eniz dicit q quiescat. b.c. Sed necesse est. b.c. quiescente: quiescere ꝛ a.b. Et iterum: quiescente parte quiescit totum. Et ex hac conditionali vera aristote. propositum demonstrat. Sed dicit Auerroys q ista demonstratio non est de genere demonstrationum simpliciter: sed de genere demonstrationum. que dicuntur demonstrationes signi vel demonstrationes quia: in quibus est visus talium ꝯditionalium. ℂ Est autem hec solutio conueniens quantum ad hoc q dicit de veritate conditionalis. ℂ Sed videtur dicendum. q non sit demonstratio quia: sed propter qd. Continet enim causam: quare impossibile est aliqd̄ mobile mouere seipsum. ℂ Ad cuius euidentiam sciendu;.

Margin: obiectio Auicēne — 6 t. ꝯ. 15. — alia solo ꝯmento — iprob a opiōni Auerr. — sol. s. h

iproba°

est.q aliquid mouere seipsum nihil aliud est q̄ esse sibi causa motus: quod autem est sibi causa alicuius oportet q primo ei conueniat: quia quod est primum in quolibȝ genere est causa eoruȝ que sunt post. Unde ignis qui sibi ⁊ aliis est causa caloris est primum calidum. Ostendit
Lect.7. autem Aristote. in sexto q in motu nō inuenitur primū:
T.c.39. neque ex parte temporis: neque ex parte magnitudinis: neque etiam ex parte mobilis propter horum diuisibilitatem. Non ergo potest inueniri primum cuius motus non dependeat ab aliquo priori. Motus enim totius dependet a motibus partium: ⁊ diuiditur in eos vt in sexto probatum est. Sic ergo ostendit Aristote causam quare nullum mobile mouet seipsum: quia non po-
Lect. 6. test esse primum mobile cuius motus non dependeat a
T.c.33. partibus: sicut si ostenderem q nulluȝ diuisibile potest esse primum ens: quia esse cuiuslibet diuisibilis dependet a partibus: vt sic hec conditionalis sit vera. si pars non mouetur: totum non mouetur: sicut hec conditionalis ē vera: si pars nō est: totum non est. Unde ⁊ platonici q posuerunt aliqua mouere seipsa: dixerunt q nullum corporum aut diuisibile mouet seipsum. sed mouere seipsuȝ est tantummodo substantie spiritualis: que intelligit seipsam ⁊ amat seipsam. Uniuersaliter omnes operationes motus appellando: quia ⁊ huiusmodi operationes. scilicet sentire ⁊ intelligere: etiam Aristoteles. in tertio de
Lect.12. licet sentire ⁊ intelligere: etiam Aristoteles. in tertio de
T.c.28. anima nominat motum: secundum q motus est actus perfecti. Sed hic loquitur de motu secundum q est actus imperfecti. idest existentis in potentia: secundum quem
Lect.5. motum indiuisibile non mouetur: vt in.6. probatum est:
T.c.32. ⁊ hic assumitur. ⁊ sic patet q Aristote. ponens omne qȝ mouetur ab alio moueri. a Platone qui posuit aliquid mouere seipm: nō dissentit in re: sȝ solū in vbis. Lec.11.

T.c.3. Quoniam autem omne quod mouetur: ab aliquo mouetur: necesse est ⁊ quod mouetur omne in loco moueri ab altero. Et mouens igitur ab altero quoniam ⁊ ipsum mouetur: ⁊ iterum hoc ab altero. Non autem in infinituȝ abibit: sed stabit alicubi: ⁊ erit aliquid quod primo causa erit motus.

¶ Postquam ostendit philosophus q omne quod mouetur. mouetur ab alio. Hic accedit ad principale propositum ostendendum. scilicet q sit primus motus ⁊ prim⁹ motor. ⁊ circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum ibi. Si enim nō est sed in infinitum procederet ⁊c. Dicit ergo primo q cum ostensum sit vniuersaliter q omne quod mouetur ab aliquo alio mouetur: necesse est hoc etiam verum esse in motu locali. scilicet vt omne quod mouetur in loco ab altero moueatur. Applicat autē specialiter ad motum localem quod supra vniuersaliter demonstratū est: qȝ motus localis est primus motuum. vt in.8. ostendetur: ⁊ ideo secundum hunc motum procedit hic ad de-
Lect.14 monstrandum primum motorem. accipiatur igitur ali-
T.c.5. quid quod mouetur secundum locum: hoc mouetur ab altero: aut ergo illud alterum mouetur aut non. si non mouetur habetur propositū. scilicet q aliqd sit mouēs immobile: qȝ est proprietas primi mouentis: si autem ⁊ ipsum mouens mouetur: oportet q moueatur ab altero mouente: ⁊ hoc iterum mouens si ⁊ ipsum mouetur: mouetur ab altero. sed hoc non potest procedere in infinitum. sed oportet in aliquo stare. erit ergo aliquod primū mouens qȝ erit prima causa motus: ita. s. q ipsuȝ nō mouetur: sed mouet alia. ¶ Secundo ibi.

¶ Si enim non est: sed in infinitum procedet: sit. T.c.4.
a. quidem quod ab ipso .b. moueatur. b. vero ab ipso. c. c. autem ab ipso. d. ⁊ hoc igitur modo in infinitum ascendat. Quoniam ergo simul mouens ⁊ ipsum quod mouetur: manifestuȝ est quoniam simul mouetur ⁊. a. ⁊. b. quoniam autem omne quod mouetur: ab alio mouetur: necesse est. a. ⁊. b. Cum enim mouetur .b. mouebitur. a. ⁊ cum mouetur. a. ⁊ ipsum. c. ⁊ cum. c. ipsum. d. Erit igitur simul motus qui est. a. ⁊. b. ⁊ reliquorum vniuscuiusqȝ. Et accipere igitur vnumquodque istorum poterimus. Et nanque si vnumquodque ab vnoquoque mouetur: nihil minus vnus numero vniuscuiusqȝ motus ⁊ non infiniti in vltimis. ¶ Quoniam quidem T.c.5.
quod mouetur omne ex quodam in quiddam mouetur. Aut enim numero accidit eundem esse motum aut genere aut specie. Numero quidem igitur dico eundem motum: qui ex eodem in idem numero: ⁊ in tempore eodem fit: vt ex hoc albo quod est vnum numero in hoc nigrum secundum hoc tempus quod est vnum numero. Si enim secundum aliud non adhuc vnus erit numero sed specie. Genere autem motus vnus est: qui in eodem predicamento substantie vel alterius generis est. Specie autem qui ex eadem specie in idem specie: vt ex albo in nigrum: aut ex bono in malum. Hec autem dicta sunt ⁊ in prioribus. Accipiatur igitur q est mot⁹ ipsius. a. ⁊ sit in quo est. e. ⁊ qui est ipsius. b. sit in quo. ȝ. ⁊ qui est. c. d. in quo. i. t. Et tempus in quo moueatur. a. sit. R. Determinato autem motu ipsius. a. determinatum erit ⁊ tempus ⁊ non infinituȝ quod est. R. Sed in eodem tempore motum est. a. b. ⁊ reliquorum vnumquodque. Accidit ergo motum qui T.c.6.
est. e. ȝ. i. t. cum sit infinitus in tempore finito moueri. quod est. R. In quo enim. a. motuȝ est: ⁊ que sunt ipsius consequenter omnia mota sunt infinita. Quare in eodem mouetur. Et nanque aut equalis motus erit qui est ipsius. a. ipsi qui b. aut maior. Differt autem nihil: penitus enim infinitum motum in finito tempore accidit moueri. Hoc autem impossibile est.


¶ Probat qȝ supposuerat. ⁊ circa hoc tria facit. primo inducit probationē. secūdo ostendit probationem esse insufficientem ibi. Sic quidem igitur videtur ⁊c. Tertio supplet quoddā per qȝ ratio fortificat ibi. Sed si qȝ mouetur. Dicit ergo primo q si hoc non concedatur q sit aliqua prima causa motus: cum omne qȝ mouetur ab alio moueatur. sequitur q procedatur in infinitum in mouen

tibus τ motis.τ hoc ostendit esse impossibile. Sit enim a.quoddã qd mouetur secũdum locũ:τ moueat ab ipso b.b.vero a c.c.vero a d.τ sic ꝓcedatur in infinitum ascẽdendo. Manifestum est autem ꝙ cum aliquid mouet ex eo quod mouetur:simul mouetur mouens τ ipsuꝫ mobile:sicut si manus suo motu mouet baculum.simul mouetur manus τ baculus.sic ergo simul mouet b.quãdo mouetur a.τ eadem ratione quando mouetur.b.simul mouetur c.τ cuꝫ mouetur.c.simul mouetur.d.sic ergo simul τ in eodem tempore est motus ipsius.a.τ omnium aliorum:τ poterit seorsum accipi motus vniuscuiusqꝫ horuꝫ infinitorum.τ quãuis vnũqdqꝫ horum mobiliuꝫ moueatur ab vnoquoqꝫ mouentium non ita ꝙ vnum ab omnibus:sed singula a singulis:nihilominus tamen licet sint infinita mouentia τ mobilia:tamen vniuscuiusqꝫ mobilium motus est vnus numero.τ licet omnes motus sint infiniti numero:non tamen sunt infiniti in vltimis. idest per priuationem vltimorum:sed vniuscuiusqꝫ motus est finitus habens determinata vltima.τ ꝙ vniuscuiusqꝫ infinitorum mobilium motus sit vnus numero τ finitus probat:quia cum omne quod mouetur moueatur inter duos terminos ex quodam scilicet in quiddam: necesse est ꝙ secundum diuersum modum identitatis terminorum:etiam ipse motus sit diuersimode vnus: scilicet aut numero aut specie aut genere. Numero quidem est ideꝫ motus qui est ex eodem termino a quo in idem numero sicut in terminum ad quem:ita tamen ꝙ sit etiam in eodẽ numero tempore:τ cũ hoc opꝫ ꝙ sit eiusdeꝫ mobilis numero.τ ad exponenduꝫ qd dixerat.subiungit ꝙ mot° numero vnus est ex eodem in ideꝫ:sicut ex hoc albo qd significat vnũ numero:in hoc nigrũ qd etiã nominat aliquid idem numero:τ secundum hoc tempus determinatum:qd etiam est vnũ numero:qꝛ si esset motus secũduꝫ aliud tempus licet equale non esset numero vnus:sꝫ spẽ tantum:sed motus est vnus genere qui est in eodẽ predicamẽto vel subiecti vel cuiuscũqꝫ alterius generis:sicut omnis generatio subiecti est eadẽ genere:τ oĩs alteratio similr. Sed motus est spẽ vnus qui est ex eodẽ secunduꝫ speciem:in idem secũdũ specieꝫ:sicut oĩs denigratio que est ex albo in nigꝝ est eadẽ spẽ:τ oĩs deprauatio q̃ est ex bono in malũ.τ hec ẽt in quinto dicta sunt. ℂ His igit


Lec.6. T.cõ.3. duob° suppositis:scilicet ꝙ simul mouet τ mouẽs τ motum:τ ꝙ põt accipi motus vniuscuiusqꝫ mobiliuꝫ tanq̃ finit° τ vn°:accipiatur motus huius mobilis qd est.a.τ sit.e.τ motus ipsius.b.sit.ꝫ.τ mot°.c.d.τ omniũ cõsequẽtiũ sit.i.t.tempus aũt in quo mouet.a.sit.r. Sed qꝛ mot° ipsius.a.est determinatus.idest finitus:etiam tempus in quo est iste motus scilicet.r.est determinatũ τ non infinitum:quia sicut in.6.ostensum est:finitũ τ infinitum simul

Lec.9. T.cõ.6. inuenitur in tempore τ motu. Ex dictis autẽ patet ꝙ in eodeꝫ tempore in quo mouetur.a.moueat τ.b.τ omnia alia:ergo mot° omnium qui est.e.ꝫ.i.t.est in tempore finito.sed iste motus est infinitus:cum sit infinitoꝝ. ergo sequetur ꝙ motus infinitus sit in tempore finito:qd est impossibile.hoc autem ideo sequitur quia in quo tempore mouetur.a.mouentur omnia alia que sunt ĩfinita numero:nec differt quantum ad propositum pertinet vtrum motus omnium mobilium sit equalis velocitatis: aut inferiora mobilia tardius moueatur τ in maiori tẽpore: quia omnino sequet ꝙ mot° infinitus sit in tempore finito:quia vnũquodqꝫ mobiliuꝫ necesse est ꝙ habeat velocitatem τ tarditatem finitam.hoc autem est impossibile.s.motum infinitum esse in tempore finito:ergo τ primum est impossibile.s.ꝙ procedatur in mobilibus τ mouentibus in infinitum. ℂ Secundo ibi.

ℂ Demonstratio ostendens ꝙ non proceditur in infinitum in mouentibus τ motis.



R.tempus



ℂ Sic quideꝫ igitur videtur demonstrari: quod est a principio:non tamen demonstratur: propter hoc ꝙ nullum inconueniens accidit. Contingit enim infinito tempore infinitum motum esse:non eundem autem:sed alterum τ alterum multis τ infinitis motis: quod quidem accidit τ in his que nunc. T.c.7.

ℂ Ostendit ꝙ precedens ratio non efficaciter ꝯcludit τ dicit ꝙ predicto modo videtur demonstrari principale propositum scilicet ꝙ non in infinitũ procedatur in mouentibus τ motis. Non tamen efficaciter demonstratur:qꝛ nullum inconueniens accidit ex premissis. contingens est enim τ possibile:ꝙ in tempore finito sit motus infinitus:ita tamen ꝙ non sit vnus τ idem sed alius τ alius:inquantum scilicet infinita sunt que mouent. Nihil enim prohibet infinita in tempore finito moueri sić.τ hoc concludebat ratio predicta.erant enim mobilia infinita diuersa:τ sic motus eoꝝ erant diuersi qꝛ ad vnitatem motus non solum requirit vnitas tpis τ termini: sꝫ etiam vnitas mobilis.vt in.5.dictum est. ℂ Tertio ibi. Lec.6. T.c.35.

ℂ Sed si quod mouetur primo secundum locum τ corporalem motum: necesse est tangi: aut continuum esse mouenti: sicut videtur hoc in omnibus contingere. erit enim ex omnibus vnum ipsum totum aut continuum : hoc igitur contingens accipiatur:τ sit magnitudo quidem:aut continuum in quo sunt.a.b.c.d. Huius autem motus est.e.ꝫ.i.t. Differt autem nihil magnitudinem finitam aut infinitam esse: similiter enim infinito tempore quod est.R.mouebitur aut finita aut infinita. Horum autem secundum vtrũqꝫ impossibile est. ℂ Manifestum igitur quia stabit aliquando:τ non in infinitum abibit:quod semper ab altero: sed erit aliquid quod primum mouebitur. Nihil autem differat concesso quodam hoc demonstrari. Contingenti enim concesso nullum incõueniens poterit accidere. T.cõ.8. T.cõ.9. 8.t.c.31

¶ Ostendit quomodo predicta ratio efficaciam habere
possit. ꝛ primo quomodo habeat efficaciam ex suppositione
facta. scḋo quomodo habeat efficaciā simpliciter
ibi. [Nihil autem differt ꝛc.] Dicit ergo p̄mo ꝙ id qḋ
localiter ꝛ corporaliter mouet̄ p̄mo ꝛ imediate ab aliquo
mobili mouente: necesse est ꝙ tangatur ab eo: sicut
baculus tangitur a manu: vel ꝙ continuet̄ ei: sicut cōtinuat̄
vna pars aeris alteri: ꝛ sicut pars continuat̄ aiali:
ꝛ hoc videtur contingere in omnibus: ꝙ mouens semp
coniungitur mobili altero istorum modoꝝ. Accipiatur
ergo alter istoꝝ modoꝝ: scilicet ꝙ ex omnibus infinitis
mobilibus ꝛ mouentibus efficiatur vnum scilicet ipsuȝ
totum vniuersum per continuationem quādam. hoc ergo
quia contingens est: supponat̄: ꝛ istud totuȝ quod est
quedā magnitudo ꝛ continuuȝ vocetur. a.b.c.d. ꝛ mot⁹
eius vocetur. e.ȝ.i.t. ꝛ qꝛ posset aliquis dicere ꝙ. e.ȝ.i.t.
erat motus finitorum mobiliū: ꝛ ita non potest esse motus
totius infiniti: subiungit ꝙ nihil differt quantum ad
propositum pertinet: vtrum accipiatur finita magnitudo
que mouet̄: aut infinita: sicut enim simul quando mouebatur.
a. in tempore scilicet finito qḋ est. r. mouet̄ qḋlibet
finitorum mobilium que sunt numero infinita: ita
etiam simul in eodem tempore mouetur tota magnitudo
infinita: sequitur ergo impossibile qḋcūqꝫ horuȝ dicatur
siue ꝙ sit magnitudo finita constans ex magnitudinibus
numero infinitis: siue ꝙ sit magnitudo infinita ꝛ
motus eius in tempore finito: cū sit ostēsuȝ supra ꝙ mo
l.9. bile infinitum non potest moueri tempore finito. ergo
t.c.65. impossibile est hoc ex quo sequebatur: scilicet ꝙ ꝓcedatur
in infinitum in mouentibus ꝛ motis. manifestum est
ergo ꝙ hoc ꝙ vnū moueatur ab altero: non procedit in
infinitum: sed stabit alicubi: ꝛ erit aliquod primum mobile
qḋ scilicet moueatur ab altero imobili. Et quia predicta
probatio procedit supposito quodā: scilicet ꝙ oia
infinita mouentia ꝛ mota continuent̄ adinuiceȝ: ꝛ cōstituāt
vnā magnitudinē: ꝛ sic posset alicui videri ꝙ nō simplr̄
ꝯcludat. Jḋ subiūgit ꝙ nō differt hāc demōstrationē
ꝓcessisse quodā supposito: qꝛ ex ꝯtingēti supposito ēt si
sit falsum non pōt sequi aliqḋ ipossibile. Cū ergo predicta
ratio ducat ad impossibile: illud ipossibile nō sequitur
ex isto contingenti supposito: sed ex alio qḋ oportet
esse impossibile. cum ex eo impossibile sequat̄. ꝛ sic pȝ ꝙ
in demonstrationibus ad impossibile ducentibus nil refert
vtrum accipiatur falsum contingens adiunctū ipossibili
vel verum. ostenditur enim ipossibile illud ex quo
cum adiunctione contingentis falsi sequit̄ impossibile:
sicut ex eo impossibile sequeret̄ adiūcto quodam vero:
quia sicut ex vero nō potest sequi impossibile. ita nec ex
contingenti. ¶ Sed potest aliquis dicere ꝙ nō est contingens
omnia mobilia cōtinuari: sed impossibile est cōtinuari
elementa adinuicem ꝛ etiam celestibus corporibus.
¶ Sed dicendum ꝙ alio modo accipitur cōtingēs
ꝛ impossibile cum demonstratur aliquid de genere ꝛ cū
demonstratur aliquid de specie: quia cum agitur de specie
oportet accipi vt impossibile esse illud cui repugnat
vel genus vel differentia speciei: ex quibus ratio speciei
constituitur. Cum vero agitur de genere accipitur vt cōtingens
omne illud cui non repugnat ratio generis: lȝ ei
repugnet constituens speciem. sicut si loquerer de aiali
possem accipere vt contingens ꝙ omne animal eēt alatum:
sed si descenderem ad considerationem hominis:
impossibile esset hoc animal esse alatum: qꝛ igit̄ Aristo.
hic loquitur de mobilibus ꝛ mouentibus in communi:
nondum applicando ad determinata mobilia: esse autē
contiguum vel continuuȝ indifferenter se hȝ ad rationē
mouentis ꝛ mobilis: ideo accepit vt ꝯtingens ꝙ omnia
mobilia sint continua adinuicem. quod tamen est impossibile
si mobilia considerentur secundum suas naturas
determinatas. Lectio. III.

Rimum autē mouens non sicut cuius
causa sed vnde est principiū motus
est simul cuȝ eo quod mouetur.
Simul autem dico: quia nihil ipsorum
medium est. Hoc enim cōmune
in omni quod mouetur ꝛ mouente est.

¶ Quia philosophus in demōstratione p̄cedēte supposuerat
ꝙ mouens est contiguū vel continuū mobili hoc
intendit nunc ꝓbare. ꝛ primo ostendit propositum. scḋo
ꝓbat qḋdam qḋ in hac probatione supponit ibi. [Quō
aūt q̄ alterant̄ ꝛc.] Circa p̄ᵐ duo facit. p̄mo ꝓponit intentū.
scḋo ꝓbat ꝓpositū ibi. [Quō aūt tres sūt mot⁹.] Dicit
ḡ p̄mo ꝙ mouens ꝛ motū sunt simul. Sȝ aliqḋ dicit̄
mouere dupl'r: vno mō sicut finis mouet agenteȝ: ꝛ tale
mouens aliqn̄ distans est ab agēte quē mouet. Alio⁹ sic
mouet id qḋ est p̄nᵐ mot⁹: ꝛ de tali mouēte hic ītelligit.
ꝛ pp̄ hoc addidit [nō sic cui⁹ cā: sȝ vn̄ ē p̄nᵐ mot⁹.] Jtē
mouens sicut p̄ncipiū motus: qḋdaȝ est imediatū ꝛ qḋdam
remotum. Jntelligit aūt hic de imediate mouente. Lec.5.
ꝛ ideo dixit [Primū mouens.] Ut per p̄mū significet t.c.22.
imediatū mobili: nō aūt id qḋ est p̄mū in ordine mouentium.
ꝛ qꝛ in quinto dixerat eē sil' que sunt in eodeȝ loco:
posset aliqs credere ex hꝫ ꝙ dic̄ ꝙ mouēs ꝛ motū sil' sūt:
ꝙ qn̄ vnū corp⁹ mouet̄ ab altero ꝙ oporteat ambo esse
in eodē loco. ꝛ iḋ ad hoc excludēdū subiungit ꝙ sil' dicit
hic nō quidem esse in eodē loco. sed qꝛ nihil est medium
inter mouens ꝛ motū: scḋȝ ꝙ contacta vel cōtinua sunt
sil': qꝛ termini coꝝ sunt sil': vl' qꝛ sunt vnū: ꝛ qꝛ in p̄cedēti
demōstratione ꝓcesserat solū de motu locali: posset aliquis
credere ꝙ hoc haberet v̄itatē solū in hmōi motu.
ꝛ iḋ ad hoc remouēdū subiungit: ꝙ hoc dictū est cōiter
ꝙ mouens ꝛ motū sunt simul: ꝛ non spāliter de motu locali:
qꝛ hoc est cōe in oī spē motus ꝙ mouens ꝛ motum
sunt simul modo exposito. ¶ Secundo ibi.

¶ Quoniam autem tres sunt motus: qui secundum T.c.10.
locum: ꝛ qui secundum qualitatem: ꝛ qui
sm̄ q̄ntitatē: necesse est ꝛ ea que mouent̄ tria esse.
Qui quidē igit̄ secunduȝ locū loci mutatio: qui
vero secundum qualitatem: alteratio: qui vero
scḋm quantitatē: augmentum vel decrementuȝ.
Primum quidem igitur de loci mutatione dicamus.
Hic enim primus motuum est.

¶ Probat propositū. ꝛ circa hoc duo facit. p̄mo enumerat
spēs motus. scḋo in singulis ꝓbat ꝓpositūȝ ibi. [De
igitur qḋ fert.] Ostēdit ergo p̄mo ꝙ tres sunt mot⁹: vn⁹
scḋm locū qui dicit̄ loci mutatio: alius scḋm qualitatem
qui dr̄ alteratio: alius secūdū quātitatē qui dicitur augmentum
ꝛ decrementum. Non facit aūt mentionem de Lec.2.
generatione ꝛ corruptione: qꝛ nō sunt motus: vt in.5. ꝓ T.cō.9.
batū est. sed cū sint termini motus scilicet alterationis: Lec.8.
vt habitum est in.6. per hoc ꝙ ꝓbatur ꝓpositum in alte T.c.51.
ratione: sequit̄ ēt idē de generatiōe ꝛ corruptione. Sic
igitur tres sunt species mot⁹: ita tres sunt spēs mobiliū:
ꝛ etiā mouētium. ꝛ in omnibus est veꝝ qḋ dictū est. s. ꝙ
mouens ꝛ motū sint sil': vt ostendet̄ in singulis. sed p̄mo
hoc est ostendendum in motu locali: qui est primus mo- Lec.14.
tuum. vt in.8. probabitur. ¶ Secundo ibi. T.cō.55.

¶ Omne igitur quod fertur: aut ipsum a seipso mouetur: aut ab altero. Siquidem igitur a se ipso: manifestum ꝙ in ipso mouente existente simul mouens: ⁊ quod mouetur erit: ⁊ nullum illius medium.

¶ Ostēdit propositum in singulis triū predictorum motuum: ⁊ primo in motu locali: secūdo in motu alteratiuo ibi. At vero neqꝫ alterati ⁊ cetera. Tertio in motu augmenti ⁊ decrementi ibi. Et quod augetur ⁊ augēs ⁊c. Circa primum duo facit. primo ostendit propositum in quibus magis est manifestum: secundo in quibus magis latet ibi. Q autē ab alio mouetur. Dicit ergo primo ꝙ necesse est dicere ꝙ omne quod mouetur secundum locū: aut mouetur a seipso: aut ab altero. Q autem dicit a se ipso aliquid moueri potest intelligi dupliciter. vno mō

Lec.io. in fin°. Lec.i. p totum

rōne partium: sicut ostendet in. 8. ꝙ mouentium seipsa vna pars mouet. ⁊ alia mouetur. Alio mō primo ⁊ per se: vt. s. aliquid scdm se totum moueat se totum: sicut supra pbauit ꝙ hoc modo nihil mouet seipsum. Si autē cōcedatur vtroqꝫ modo aliqd moueri a seipso: manifestum erit ꝙ mouēs erit in ipso quod mouetur. vel sicut idem est in seipso quod mouet: vel sicut pars est in toto: vt anima in aiali. ⁊ sic sequet ꝙ sil sit mouens: ⁊ qd mouet: ita ꝙ nihil erit ipsoꝝ medium. ¶ Scdo ibi.

¶ Quod autem ab alio mouetur: quadrifarie mouetur. Qui enim sunt ab altero motus quatuor sūt: pulsio: tractio: vectio: vertigo. Et nāqꝫ omnes alios in hos reduci accidit.

¶ Ostendit idem in his que mouentur secundum locum ab alio: de quibus minus est manifestum. Et circa hoc tria facit. primo distinguit modos quibus aliquid contingit ab altero moueri. secundo reducit eos ad duos ibi. Manifestum est igitur. Tertio in illis duobus probat propositū ibi. Hoc autem manifestū est. Circa pmum duo facit. primo diuidit modos quibus aliqd mouetur ab altero. ⁊ dicit ꝙ sunt quatuor. s. pulsio: tractio. vectio: ⁊ vertigo. omnes enī motus qui sunt ab alio reducuntur in istos. ¶ Secundo ibi.

¶ Pulsionis quidem igitur alia impulsio alia expulsio. Impulsio quidem est: cum mouens ei quod mouetur non deficit: expulsio cum expellens deficit.

¶ Manifestat premissos quatuor modos. ⁊ primo manifestat pulsionem: que est cum mouens facit aliquod mobile a se distare mouendo. Diuidit autem pulsionem in duo scilicet in impulsionem ⁊ expulsionem. dicitur autem impulsio quando mouens sic pellit aliquod mobile: quod non deficit ipsi deferendo ipsū: sed simul cum eo tendit quo ducit. Expulsio autem est quādo mouens sic mouet mobile: quod tamen deficit deferendo ipm: nec comitat ipm vsqꝫ ad finē mot⁹. ¶ Scdo ibi.

¶ Vectio autem in tribus erit motibus. Quod quidem vehitur: non secundum se mouetur: sed secundum accidens. In eo enim quod est: in eo quod mouetur: aut super id quod mouetur: mouetur ipsum. Vehens autem mouetur: aut pulsum aut tractum: aut vertigine ductum. Manifestum igitur quoniam vectio in tribus motibus erit.

¶ Manifestat de vectione: ⁊ dicit ꝙ vectio fundatur in tribus aliis motibus scilicet pulsione tractione ⁊ vertigine: sicut quod est per accidēs fundatur in eo quod est per se. illud autem quod vehitur non mouetur per se: sꝫ per accidens inquantum scilicet aliquid alterum mouetur in quo ipsum est: sicut cum aliquis vehitur a naui in qua est: vel super quod est sicut cū aliquis vehitur equo. illud autem quod vehit mouetur per se: eo ꝙ non est pcedere in his que mouentur per accidens in infinitum. ⁊ sic oportet ꝙ primum vehens moueatur aliquo motu per se: vel pulsu vel tractu vel vertigine. ex quo manifestum est ꝙ vectio in tribus aliis motibus continetur. ¶ Tertio ibi.

mobiliū: ibi. Maxie aūt māifestū est. Circa pmū ponit
duas rōnes: circa quaꝝ primā sic ꝓcedit: pmo.n. ꝓponit
qđ intēdit: ⁊ dicit ꝙ cū sint tres spēs motus: vn° qdē q
est sm q̄titatē: qui vocat augmētū ⁊ diminutio: ali° aūt
qui ē sm passibilē q̄litatē: ⁊ vocat alteratio: terti° autē
qui est sm locū: ⁊ vocat loci mutatio: necesse ē ꝙ iste sit
primus inter oēs: ⁊ h ꝓbat sic: q: īpossibile est ꝙ augmētū
sit pmus motus: augmētū.n. eē nō pōt nisi alteratio
pexistat: q: illud quo aliqd augmētat est quodāmō dissimile
⁊ quodāmō sile: ꝙ.n. sit dissimile pȝ: q: illđ q aliqd
augmētat est alimētū: qđ est in pn° ꝯriū ei qđ nutritur

pp diuersitatē dispōnis. Sed qm̄ iam addit vt augmētū faciat: necesse est q sit sile: de dissimilitudine aūt nō trāsit tur ad similitudinē nisi p alterationē: necesse est ḡ q añ augmētum pcedat alteratio p quā alimentū de vna ꝯria dispōne mutet in aliā. Scdo vo ondit q añ oēm alterationē pcedat mot' localis: qr si aliqd alterat necē ē q sit aliqd alterās: qd potētia calidū faciat esse actu calidū: si aūt hoc alterās sp esset eodē mō ppinquū i eadē distātia ad alteratū: nō magis faceret calidū nūc q prius. Manifestū est ḡ q mouens in alteratione nō sp distat ab eo qd alterat: sz aliqn est ppinquus aliqn remotius: qd nō potest ꝯtingere sine loci mutatiōe. Si ḡ necesse est motū sp esse: necē ē loci mutatōez sp esse cū sit pma motuū: ⁊ si inter loci mutatiōes vna ē prior alia: necē est si pmissa sunt vera q prima sit sempiterna. ¶ Scdam rōnē ponit ibi.

¶ Amplius aūt oīuz passionū principiuz dēsitas ⁊ raritas. Et graue nāqz ⁊ leue: ⁊ molle ⁊ duruz: ⁊ calidū ⁊ frigiduz densitates videntur esse ⁊ raritates quedā. Densitas aūt ⁊ raritas congregatio ⁊ disgregatio sunt scdz q̄s generatio ⁊ corruptio dr substātiarum. Que aūt ꝯgregant ⁊ disgregant: necesse est secundum locū mutari. Atvero scdm eius quod augmentat ⁊ decrementum patientis mutatur scdm locum magnitudo.

Lect.5. in princ. ¶ Que talis ē: alteratio sic in .7. pbatū ē fit fz passiões vel passibiles q̄litates: inter q̄s fz āti quorum opionez principium esse vr dēsitas ⁊ raritas: q ⁊ graue ⁊ leue ⁊ molle ⁊ durū: ⁊ calidū ⁊ frigidū videnf ꝯseq̄ rarū ⁊ dēsū: ⁊ fz ea distingui. In elemētis.n. densa qdē iueniunt grauia ⁊ frigida. rara vo calida ⁊ leuia: ⁊ h qdē aliqn verū ē si in passibilibus ordo attendat fz ppinqtatē ad mãle principiuz. Nā rarū ⁊ densum videnf maxie ad mãz ptinere:
Lec.14. vt pz ex his q in .4. sunt dicta: densitas aūt ⁊ raritas vi-
tr.c.84 dēt eē q̄dā ꝯgregatio ⁊ disgregatio: fz q̄s .s. ꝯgregatiōez
in fine ⁊ disgregationē antiq phi ponebāt taz gñationē q̄ corruptionē subarum. q̄ qdē opione nūc vtit vt pbabili añq̄ vitatē generationis ⁊ corruptionis ondat in li. de gñatiōe. Illa aūt que ꝯgregant ⁊ disgregāt ex hoc ipo fm locum mutari vnr: loci ḡ mutatio principiū est alteratiōis. Sed attendendum q ꝯgregatio ⁊ disgregatio corporū exñtium in actu ad motū localē ptinēt: ꝯgregatio vo ⁊ disgregatio fm q eadem mã ꝯtinet sub magnis vel paruis dimēsionibus: nō ptinet ad motū localē: sz ad motū alterationis ⁊ fz hoc Arist.ē. in .4. assignauit rōnē rari ⁊ dēsi: sed hic loqt fm q erat pbabile ex opione aliorum phorum: sicut aūt motus localis reqrit ad alterationē: ita ēt reqrit ad augmētū necē ē.n. q eius qd auget ⁊ decrescit magnitudo mutet fz locū: qr qd auget excrescit i maiorē locū: qd aūt decrescit in minorē ꝯhit: sic ergo pz q mot' localis ē naliter prior ⁊ alteratiōe ⁊ augmēto. ¶ Scdo ibi.

T.c.56. ¶ Amplius ⁊ hinc considerantibus erit manifestum q loci mutatio prima. Primū eniz sicut ⁊ in alijs: sic ⁊ in motu dicetur vtiqz primuz multifarie. Dicit autē prius: quo non exñte non erunt alia. illud vero si e reliquis. Et quod secundum substantiam: ⁊ quod tempore.

¶ Probat idē distiguēdo modos prioris ⁊ posterioris: ⁊ dic q ex hac ꝯsideratione manifestuz erit q loci mutatio est prima inter motus: qr sicut in alijs rebus prius aliqd altero dr multipliciter: ita ⁊ i motu: dr.n. vno mō prius quo non exñte nō erūt alia: sed illō pōt eē sine alijs: sic vnum est prius duobus: qr duo nō pñt eē nisi sit vnū: vnū aūt pōt esse si nō sūt duo: scdo dr aliqd prius tpe: qd .s. ē remotius a pñti: sic in preterito: vel ppinquius sic i futuro: vt in .4. dcm̄ est. Lect.22. in fine
Tertio dr aliqd prius fz substaz .s. fz sube ꝯplemētū: sic actus est prior potētia: ⁊ pfectū impfecto. ¶ Scdo ibi.

¶ Quare qm̄ motuz quidem necesse est esse cōtinue: erit vtiqz continue: aut qui continuus: aut q ꝯsñter. Magis aūt q cōtinuus ⁊ dignius est ꝯtinuuz q̄z ꝯsñer esse. Dignius autez semper accipimus in natura esse: si possibile est: possibile aūt est cōtinuū esse mōstrabit aūt posterius. Nunc aūt hoc supponat: ⁊ hūc neqz vnuz aliud possibile est esse: sed aut loci mutationez. Necesse est igit loci mutationez esse primā. Neqz vna.n. necessitas est: neqz augmētari: neqz alterari qd fert nā neqz fieri aut corrūpi. Horum aūt neqz vnū ꝯtīgit: nisi cōtinuus sit qué mouet primū mouens.

¶ Probat motū localē esse primuz trib' modis pdictis: ⁊ pmo q̄tū ad pmū. scdo q̄tū ad scdz. ibi. Adhuc tēp'.
Tertio q̄tū ad tertiū: ibi. Dino āte. Dicit ergo q cū ne- Lect.2.
cesse sit semp motū esse. vt .ē. pbatum est: hoc pōt itelligi p totum
dupl'r vno mō q sit aliqs cōtinu' motus. Alio mō fz q sunt motus ꝯñr se hñtes: inter quos nihil sit medium magis aūt saluat sempiternitas motus si motus sit ꝯtinuus: ⁊ iterum dignius est esse ꝯtinuum q̄ ꝯñr: qr plus hz de rōne vnitatis ⁊ ppetuitatis: semp aūt in nā debemus accipere qd dignius est: si sit possibile. Est aūt possibile aliquē motum esse in infinitū ꝯtinuū: nō aūt aliquē aliū nisi loci mutatione: qd nūc qdē supponat posterius qdē pbabit: ex quo appet q necesse est ponere motū localez esse primū: alij.n. motus nō reqrunt ad hoc q sit motus localis: nulla.n. necītas ē vt id qd mouet fz locū augmētet vel alteretur. qr nō est necesse q corpus qd mouet fm locū generetur aut corrūpat: augmētum aūt ⁊ alteratio locū habent in his que generantur ⁊ corrūpunt. Sz nul'li horum motuū esse cōtingit: nisi sit ille motus sempiternus: quez mouet primū mouens: qué diximus nō esse nisi motū localē: sic igit motus localis pōt eē sine alijs. sz nō ecōuerso: est ergo primus primo mō prioritatis. ¶ Scdo ibi.

¶ Adhuc tēpore prior est: perpetuum enim cōtīgit solum mouere scdm hunc.

¶ Probat q sit prius tpe: ⁊ circa hoc duo fac: pmo ondit q simpl'r loqndo ē prius tpe: qr id qd ē ppetuū simpl'r loquendo est prius tpe q̄ nō ppetuū: solū autē motum localez ꝯtingit esse ppetuuz: vt dcm̄ est: ergo simpliciter loquendo est primus tempore. ¶ Secundo ibi. T.c.57

¶ Sz in vno quidē aliquo habentiū gñationē loci mutationē necesse est postremam motuū esse. Post enim ipsum fieri alteratio ⁊ augmētatuz. Sed loci mutatio iam pfectorum motus est. Sed alterū necesse motū esse fm loci mutationē prius qd ⁊ generationis causa erit his. que fiunt nō factuz: vt generans eius qd gñat. Quā videt vtiqz generatio esse prima motuū. pp id qd fieri oz rē primū: hoc in vno quidē quodlibet corum q sunt sic se habet: sed alterum necesse est prius aliqd moueri his que fiunt: cū ⁊ ipsum nō factū: ⁊ isto alterum prius. Quā igit generationē impossibile ē esse

primã: oia eni essent que mouenť corruptibilia. manifestũ est q̃ neque cõsequentiũ motuũ neq̃ vnus prior est. Dico aũt ꝯsequentes augmẽtũ postea alteratione ꝛ decrementũ ꝛ corruptionẽ. Oẽs eni posteriores generatione sunt. Quare si non est generatio prior loci mutatione neq̃ alia rũ: neq̃ vna permutationũ.

℄ Excludit quandã obiectionẽ per quã vr̃ hoc remoueri: q̃ si ꝯsiderem⁹ aliqđ vnũ corp⁹ qđ de nouo generetur loci mutatio est postrema tpe inter oẽs mot⁹: q̃ ṗmo generať: postea alteratur ꝛ augeť ꝛ demũ hꝫ motũ ſꝫ locũ qñ iam pfectũ est: vt pꝫ in hoie ꝛ in pluribus aialib⁹: sed per hoc ñ excludiť quin simplr̃ motus localis sit primus tpe: q̃ ante oẽs istos motus qui sunt in hoc generato: necesse est ṗcedere quẽdã motũ localẽ in aliq̃ priori mobili: qđ sit cã generationis his q̃ generãtur: sicut generãs est cã eius qđ generať: ita tñ q̃ ipsũ nõ est generatũ. Qđ aũt motus qui ṗcedit generationẽ sit motus localis: ꝛ q̃ sit simplr̃ primus motuũ oñdit subdens. qm̃ generatio vr̃ esse prima motuũ in his que generanť: q̃ primo oꝫ rẽ fieri q̃ moueať: ꝛ hoc veruꝫ est in quocũq̃ generato: sed tñ necesse est esse aliqđ prius motũ q̃ ea q̃ generanť: ꝛ q̃ ipsum non sit generatũ: vel si est generatũ: q̃ etiã illo ṗori sit aliud prius: ꝛ sic vel ṗcedeť in infinitũ: qđ est ĩpossibile: vt supra ostensum est. vel pueniet ad aliqđ primũ: sꝫ

T.c.9. a .c.34 ĩpossibile est generationẽ esse ṗmã: q̃ sic sequereť q̃ oia que mouenť essent corruptibilia: oẽ eniꝫ gñabile est corruptibile: si ergo primũ mobile generať: sequiť q̃ sit corruptibile: ꝛ p ꝯñs oia ꝯña mobilia: si ergo generatio nõ est prima simplr̃ manifestuꝫ est q̃ nullus ꝯñtiuꝫ motuum põt esse simplr̃ primus: ꝛ dico ꝯñtes motus augmẽtũ alterationẽ decrementũ ꝛ tandẽ corruptionẽ: q̃ oẽs mot⁹ tpe gñationẽ sequũť: si ḡ gñatio non est prior loci mutatione: seq̃tur q̃ nulla aliaꝝ mutationuꝫ possit esse prior simplr̃ q̃ loci mutatio: ꝛ ita cũ necesse sit esse aliquã ṗmã simplr̃: seq̃tur q̃ loci mutatio sit ṗma. ℄ Deinde cũ dicit.

℄ Sino aũt videtur q̃ sit iperfectũ ad principiũ,

.c.58. in ens. Quare quod generatione posterius: natura prius est. Ultimũ ãt loci mutatio oibus inest que sunt in generatione. Unde alia oio imobilia sunt viuentiuꝫ propter indigentiaꝫ organi: vt plante ꝛ multa genera aialiuꝫ: perfectis autẽ inest. Quare si magis inest loci mutatio magis cõprehendentibus naturaꝫ ꝛ motus hic prim⁹ alioꝝ vtiq̃ erit ſꝫ substantiã. ℄ Propter hoc.

℄ Probat q̃ motus localis sit primus pfectiõe: ꝛ hꝫ oñdit duplr̃: ṗmo sic Omne qđ fit dum fit est ipfectum ꝛ tẽdit ad principiũ. i. vt assimileť principio sue factionis: qđ est primũ naliter: ex quo pꝫ q̃ id qđ est posterius in generatione est prius ſm nãm: sed in ṗcessu gñatiõis in oib⁹ gñabilibus vltio inueniť loci mutatio nõ solũ in eodem: sed ẽt ꝯsiderãdo totũ pgressuꝫ nãe gñabiliũ inter q̃ q̃dã viuẽtia sunt penit⁹ imobilia ſm locũ pp indigẽtiã organi: sicut plãte q̃ nõ hñt organa motus ṗcessiui: ꝛ silr̃ multa gña aialium: sꝫ pfectis aialib⁹ inest mot⁹ localis: si igr̃ loci mutatio inest illis que magis cõprehendunt nãm. i. que magis pueniunt ad pfectionẽ nãe: seq̃ť q̃ motus localis sit ṗm⁹ ſꝫ subẽ pfectioẽꝫ iter oẽs mot⁹. ℄ Scđo ibi.

T.c.59. ℄ Et quã nequaq̃ substantiã mutat: quod mouetur motu in eo quod fertur. Secunduꝫ enim hunc soluꝫ nihil mutatur inesse: sicut eius quod alteratur qualẽ: eius aũt quod augetur ꝛ decrementũ patientis quantuꝫ.

℄ Ostendit idem sic: q̃to aliq̃s motus minus remouet a mobili: tanto subꝫ eius est pfectius: ꝛ sic ipse motus etiã est perfectior quodãmõ: ſm aũt motũ localẽ nihil remouetur q̃ insit subo mobili: ſm aũt alterationẽ fit trãsmutatio ſm qualitatẽ: in augmento ꝛ decremẽto ſm q̃titatẽ que insũt subo trãsmutatio vo gñationis ꝛ corruptionis attendiť ſꝫ formã q̃ ꝯstituit subaꝫ subi. motus autem localis est solũ ſm locũ qui extermo ꝯtinet: relinq̃tur ergo q̃ motus localis sit maxie pfectus. ℄ Deide cũ dicit. T.c.60

℄ Maxie autẽ manifestuꝫ est: quia mouẽs ipsuꝫ seipsuꝫ maxie mouet hunc proprie: q̃ secunduꝫ locũ ꝛ etiã dicimus hic esse eorũ que mouentur ꝛ mouentiũ principiũ ꝛ primũ in his que mouẽtur ipsuꝫ seipsuꝫ mouens. ℄ Quot quidẽ igitur loci mutatio pria sit manifestũ est ex his. T.c.61.

℄ Probat q̃ motus localis sit ṗmus ex pte mobilis: manifestũ est eni q̃ mouẽs seipꝫ ṗprijssime mouet se ſꝫ motum localem: cũ igr̃ mouẽs seipm sit principium aliorum mouẽtiũ ꝛ mobiliũ: ꝛ p ꝯñs sit primu inter oia que mouentur: seq̃tur q̃ motus localis qui est ei ṗprius sit ṗm⁹ inter oẽs motus: sic igiť concludiť ex ṗmissis q̃ loci mutatio sit prima inter oẽs motus. Lectio. XV.

Que autẽ loci mutatio prima sit: nũc monstrandum est. Simul autẽ ꝛ q̃ nunc ꝛ prius positũ est: q̃ contingit quẽdã motũ cõtinuũ esse ꝛ ṗpetuũ: manifestum erit eadem methodo. T.c.62.

℄ Quot qdẽ igitur alioꝝ motuũ cõtinuũ neq̃ vnũ contingit esse: ex his manifestũ est.

℄ Postq̃ phs ostendit q̃ motus localis sit primus inter oẽs motus: hic ostendit q̃s motus localis sit prim⁹: ꝛ q̃ sicut supra dixit necesse est eũdeꝫ esse motũ cõtinuũ ꝛ primum: diuidiť hec ps in duas: in prima oñdit quis motus possit esse sp̃ ꝯtinu⁹. In scđa oñdit q̃ ille motus est primus: ibi. Qđ aũt lationũ circularis. Prima aũt pars diuiditur in tres ptes. in prima oñdit q̃ nullus motus põt esse cõtinuus nisi localis: in scđa q̃ nullus motus localis põt esse ꝯtinuus preter circularẽ: ibi Qđ autẽ contingit esse quẽdã. in tertia ostendit q̃ motũ circularem contingit esse continuũ: ibi. Qđ aũt in circulari. Circa primum duo faĉ. ṗmo ṗponit qđ intẽdit: scđo ṗbat ṗpositũ: ibi. Oẽs eni ex oppositis. Dicit ergo primo q̃ cum ostensum sit q̃ loci mutatio est ṗma inter oẽs spẽs motus: nũc oñdendum est que loci mutatio sit prima: q̃ eius etiaꝫ sunt multe species: vt in. 7. ostensum est: ꝛ simul etiam ſm eãdem methodum. i. artem. i. ſm eandem artificialem considerationẽ erit manifestum id qđ nunc paulo supra diximus: ꝛ quod etiam prius suppositum est in ṗncipio hui⁹ 8. q̃ contingit aliquem motũ esse cõtinuũ ꝛ perpetuum: oportet enim q̃ idem sit primus ꝛ ꝯtinuus: vt supra ostẽsum est: ꝛ ideo sub eadem consideratione vtrunq̃ coruꝫ cadit: q̃ ergo nulla alia species motus ṗter loci mutationem possit esse continua ꝛ perpetua: manifestũ est ex his que dicentur. ℄ Secundo ibi. Lec.14 a ṗn. Lec.3 & c.10. Lec.14. in ṗn°.

℄ Omnes enim ex oppositis in contraria sunt motus ꝛ mutationes: vt generationi quidem ꝛ corruptioni ens ꝛ nõ ens termini sunt. Alteratio

sũt contrarie passiones: augmento ⁊ decremento: aut magnitudo: aut paruitas: aut perfectio magnitudinis: aut imperfectio. Contrarij autem sunt: qui sunt in contraria. Quod autẽ non semper mouetur secundũ hunc motum existens prius: necesse est prius quiescere. Manifestum igitur quoniã quiescet in contrario mutans.

¶ Ondit ꝓpositũ: ⁊ circa h̃ duo facit: p̃mo ondit ꝙ nulla alia spẽs mutatiõis p̃ter localẽ põt esse ꝯtinua ⁊ ꝑpetua vna ⁊ eadẽ existens: scd̃o ꝙ nec due mutationes aliẽ opposite pñt sibi succedere sine iterpositione quietis ibi. Q̃ aũt in gñatione. Circa p̃m duo facit: p̃mo ondit propositũ. scd̃o excludit q̃sdã obiectiones. ibi. Nihil.n.differt. Circa p̃m duo facit: p̃mo ondit ꝓpositũ in motib⁹: scd̃o mutationibus. ibi. Similiter aũt ⁊ in mutationib⁹. Proponit ergo primo: vnam propõnem que cõiter vera est tam in motibus q̃ in mutationibus: ꝙ.s. oẽs mot⁹ ⁊ mutationes sunt ex oppositis in opposita: a qua gñalitate excipit quodãmodo loci mutatio: vt in fine. 6. dictũ est: gñatio.n. ⁊ corruptio que sunt mutationes habent pro terminis esse ⁊ nõ esse: alterationis vero termini oppositi sunt cõtrarie passiones.i. passibiles qualitates: vt calidũ ⁊ frigidũ: albũ ⁊ nigrũ: augmẽti võ ⁊ diminut oĩs oppositi termini sunt magnũ ⁊ paruũ: siue ꝑfectũ ⁊ imperfectũ in magnitudine seu quantitate. Manifestum est aũt ex his que dicta sunt in.5. ꝙ mot⁹ qui sunt in ꝯ̃ria sunt ꝯ̃rij: mot⁹ igit̃ qui est in albũ ꝯ̃rius est motui qui est in nigrũ: sed ꝯ̃ria nõ pñt esse sĩl: ergo dum aliq̃d ad albũ mouetur nõ sĩl mouetur ad nigrũ. Q̃d ergo incipit moueri ab albo in nigrũ motu denigrationis: ẽt si moueret motu dealbationis dum fieret albũ: manifestũ est ꝙ non poterat sĩl moueri motu denigratiõis. Q̃d aũt p̃us existebat si non semꝑ mouebatur aliquo motu determinato: necesse est dicere ꝙ prius quiescebat quiete opposita huic motui: q̃ oẽ q̃d est natũ moueri vel desicit vl mouetur. manifestũ ẽ ergo ꝙ id q̃d mouet in aliq̃d ꝯ̃riũ aliq̃n quiescebat quiete opposita tali motui: nullus ḡ motus cui est aliq̃d ꝯ̃rium põt esse ꝯtinuus ⁊ perpetuus: si ergo huic ꝯclusioni addat q̃d p̃mo positũ est.s. ꝙ oĩs motus alterationis vel augmenti vel decrementi sit in aliquod contrarium: sequetur ꝙ nullus huiusmodi motus possit esse ꝯtinuus ⁊ perpetuus. ¶ Secundo ibi.

Lec.vi. t.cõ.92.

Lec.8.t. c.48.

¶ Similiter autem ⁊ in mutationibus. Opponuntur enim generatio ⁊ corruptio simpliciter: ⁊ singularis singulari. Quare si impossibile est simul mutari oppositas: non erit continua mutatio: sed mediũ erit ipsoꝝ tempus.

¶ Ostendit idẽ in mutationibus.s. in generatiõe ⁊ corruptione: q̃ gñatio ⁊ corruptio opponunt: ⁊ vĩr s̃z cõmunẽ oppone entis ⁊ nõ entis: ⁊ iteꝝ in singulari: sic generatio ignis opponit corruptioni ignis s̃m oppõnẽ esse ipsius ⁊ nõ esse: vnde si impossibile est sĩl esse oppositas mutatiões: sequet ꝙ nulla mutatio sit ꝯtinua ⁊ ꝑpetua: eodẽ modo sicut ⁊ p̃us de motib⁹: sed necesse erit inter duas generationes eiusdẽ interuenire mediũ t̃ps in quo erat corruptio: ⁊ similiter inter corruptiones temp⁹ generationis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nihil enim differt: contrarias aut non cõtrarias esse s̃m contradictionẽ mutationes: si solũ impossibile sit eidem simul inesse. Hoc enim rationi nihil vtile est.

¶ Excludit tres obiectiones: p̃mo q̃ posset aliq̃s dicere ꝙ cũ mutatiões opponant s̃z oppone terminoꝝ: termini aũt gñationis ⁊ corruptiõis nõ sũt ꝯ̃rij: s̃z oppositi s̃z cõtradictionẽ: vĩ sed ꝙ gñatio ⁊ corruptio nõ sũt ꝯ̃ria: ⁊ sic nõ erit eadẽ rõ de eis ⁊ de motib⁹ qui sunt ꝯ̃rij huic ḡ obiectiõi rñdet dicẽs ꝙ nihil differt mutatiões q̃ differũt s̃z ꝯ̃dictorios termios eẽ ꝯ̃rias vl nõ ꝯ̃rias: dũmõ h̃ solũ veꝝ sit: ꝙ impõle sit ambas eidẽ sĩl inesse: hoc.n. q̃d est esse ꝯ̃riũ vel non ꝯ̃riũ nihil est vtile ad rõnẽ premissam. ¶ Secundam obiectionem excludit ibi.

¶ Neq̃ si non necesse est quiescere in contradictione: neq̃ est mutatio quieti contrarium. Non enim fortassis quiescit. quod non est. Corruptio autem in non ens. Sed si solum medium sit tempus. sic enim non erit mutatio continua. Neq̃ enim in prioribus motibus ꝯtrarietas vtile fuit: sed non contingere simul esse.

¶ Posset.n. aliquis dicere ꝙ necesse est illud q̃d nõ semꝑ mouetur prius quiescere: q̃ motus opponitur quieti: s̃z hoc nõ habet locum in mutationib⁹ gñationis ⁊ corruptionis quibus nõ opponitur quies ꝓprie loquẽdo: vt in.5. dictum est. Huic ergo obiectioni rñdet dicens ꝙ nihil etiã differt quantũ ad propositam rõnem: si non est necesse quiescere in aliquo ꝯtradictorioꝝ terminoꝝ: neq̃ etiam si mutatio nõ contrariatur quieti: q̃ fortasse illud quod nõ est non potest quiescere. corruptio autem est in nõ esse. vnde videtur ꝙ in termino corruptionis nõ potest esse quies. sed hoc solum sufficit ad propositũ: si sit tẽpus medium inter duas gñationes aut corruptiones. sic enim ꝯ̃ñs erit ꝙ neutra istaꝝ mutationum sit continua. Post hoc aũt redit ad p̃ma. ⁊ dicit ꝙ ideo nõ differt cõtrarias aut nõ contrarias esse s̃m contradictionẽ mutationes. q̃ neq̃ in p̃oribus in quib⁹ agebatur de motib⁹. nõ erat vtile ad ꝓpositũ ꝙ in eis est contrarietas. sed ꝙ non contingit eas simul esse quod non est proprium cõtrariorum. sed cõmune omnibus oppositis. ¶ Tertiam obiectionem excludit ibi.

Lec.2. t.c.8.ff.

¶ Non oportet autem turbari. quod idem pluribus erit contrarium: vt motus ⁊ statui ⁊ motui qui est in contrarium: sed hoc solum est accipere quod opinatur quodammodo ⁊ motui ⁊ quieti motus contrarius: sicut equale ⁊ mensurabile excellenti ⁊ ei quod excellitur: ⁊ quod non ꝯtingit simul oppositos neq̃ motus: neq̃ mutationes esse.

¶ Dixerat.n. supra mot⁹ esse ꝯtrarios qui sunt in ꝯ̃ria cũ ḡ mot⁹ sit ꝯ̃rius quieti. vĩ sequi ꝙ vni sunt duo ꝯtraria. q̃d est impõle. vt probat in.10. meta. Ad hoc ergo excludendũ dicit ꝙ nõ opꝫ de hoc turbari q̃d vĩ sequi idẽ eẽ ꝯtrariũ plurib⁹.s. mot⁹ quieti ⁊ motui qui est in ꝯtrariũ. Sed hoc solũ debemus accipere ꝙ vnus mot⁹ ꝯtrarius opponit quodãmõ ⁊ motui ꝯtrario ⁊ quieti motui quidẽ ꝯtrario s̃z directã contrarietatẽ. quieti aũt magis s̃z oppõnẽ p̃uatiuã. que tñ h̃z aliq̃d de ꝯtrarietate inquãtũ quies opposita est finis ⁊ cõplementũ cõtrarij mot⁹. sicut etiã eq̃le ⁊ cõmensurabile opponit quodãmõ duobus.s. excellẽti. ⁊ ei q̃d excellit siue magno ⁊ p̃uo. quib⁹ opponit s̃z p̃uationẽ magis. vt pꝫ in.10. meta. ⁊ iteꝝ h̃ opꝫ accipe ꝙ nõ ꝯtingit simul esse neq̃ oppositos mot⁹. neq̃ oppositas mutationes. ¶ Deinde cum dicit.

Lec.8.t. c.19.

Lec.8.t. c.19.

¶ Amplius in gñatione ⁊ corruptione ⁊ penitus

inconueniens esse videbitur:si factum mox ne-
cesse est corrumpi:⁊ nullo tempore permanere.
Quare ex his vtiqꝫ fides alys fiet:physicū eniꝫ
est quod similiter se habet in omnibus.

¶ Ondit ꝙ nō solū inter duos mot⁹ vel mutatiōes eius-
dē speciei opꝫ esse mediū tēpus:⁊ ꝙ nulla mutatio vna
que est in aliquod oppositoꝝ pōt eē perpetua ⁊ ꝯtinua:
sed illud quod est impossibile est:ꝙ oppositi motus aut
mutationes sic succedūt sibiinuicē:ꝙ non intercidat tē-
pus mediū:h̄.n.vr̄ penitus inconueniens in generatione
⁊ corruptione:si aliqñ aliqd factū est generatione cōple
ta statim necesse sit ꝙ corruptio incipiat:⁊ ꝙ nullo tēpo
re pmaneat id qḋ gn̄atuꝫ est:frustra.n.aliqd gn̄aret nisi
gn̄atū in esse pmaneret. Uñ ex his mutationib⁹ pōt fie-
ri fides in alys:h̄.n.est nāle qḋ silr se hꝫ in oibus:qꝛ sem-
per nā eodē mō opaṫ:sicut ergo inconueniēs vr̄ ꝙ illud
qḋ fit ⁊ gn̄aṫ statim cū generatū est corrūpaṫ:ita incon-
ueniens vr̄ ꝙ id qḋ dealbatur statim ꝙ factum est albuꝫ
denigreṫ:⁊ ꝙ illud qḋ augeṫ statī decrescat:in oib⁹ eniꝫ
his nāe intentio frustrareṫ. Lectio. XVI.

c.64 Quoniam autem contingit esse mo-
tum infinitum vnum ⁊ continuum:
⁊ hic circularis:nunc dicemus.

¶ Postq̄ phs ostendit ꝙ nulla mutatio
pōt esse ꝯtinua ⁊ ꝑpetua nisi localis: hic
ondit ꝙ nulla loci mutatio pōt eē ꝯtinua ⁊ ꝑpetua nisi
circularis:⁊ circa h̄ duo facit:pmo ondit ꝓpositū demō
stratiue:scđo logice:ibi. Rōnabilr. Circa pm̄ duo facit:
primo ondit ꝓpositum:secūdo ex veritate determinata
soluit quasdam dubitationes.ibi. Uñ ⁊ ad dubitationē.
Circa primū tria facit:pmo dicit ꝙ principaliter inten-
dat:intendit.n.ondere ꝙ possibile est esse quendā motū
qui vnus existens in infinitum ꝯtinuetur:⁊ ꝙ talis mot⁹
est solū circularis:⁊ hoc primo ondet. ¶ Secundo ibi.

¶ Omne quidem enim mouetur: quod fertur
aut circulariter:aut secundum rectitudinem:aut
mixtim. Quare si neqꝫ illoꝝ alter ꝯtinuus est:
neqꝫ ex vtrisqꝫ possibile est continuum esse.


¶ Ostendit quō ꝓcedendum sit:qꝛ enim oē qḋ localiter
fertur mouetur:vel circulariter:vel motu recto:vel mo
tu cōposito ex vtroqꝫ:sicut si aliquis moueṫ p chordā ⁊
arcū:manifestū est ꝙ si quis duoꝝ simplicium motuū.s.vel
circularis vel rectus:non pōt esse in infinitum continu-
us:ꝙ multo minus ill: qui est compositus ex vtroqꝫ:vn
de oportet pretermittere motum compositum: ⁊ agere
de simplicibus. ¶ Tertio ibi.

¶ Quod autem quod fertur secundum rectum ⁊
finitum:non feratur continue: manifestum est.
Reflectitur enim. Reflexum autem secundum
rectum per contrarios mouetur motus. Con-
trarius enim secundum locum est qui est sursuꝫ:
ei qui est deorsum:⁊ qui est ante:ei qui est retro:
⁊ qui est ad sinistrum:ei qui est ad dextrum. Lo
ci enim contrarietates he sunt. Quis autem est
vnus ⁊ continuus motus: prius diffinitum est:
quia qui est vnius:⁊ in vno tempore:⁊ in indif-
ferenti secundum speciem. Tria enim erant.
Quod mouetur:vt homo aut deus: ⁊ quando:
vt tempus:⁊ tertium in quo. Hoc autem est lo-
cus:aut passio:aut species:aut magnitudo. Cō
traria enim differunt specie: ⁊ non vnum sunt:
loci autem dicte differentie. Signum autem ꝙ
motus contrarius est: qui est ab a.ad b.ei qui
est ab ipso b.ad a.⁊ quia stant ⁊ repausant adin
uicem: si simul fiant. Et in circulo similiter: vt
qui est ab a.in b.ei qui est ab a.in c. Sistunt eniꝫ
⁊ si continui sint. ⁊ si non fiat reflexio: propter
id quod contraria sese corrumpunt ⁊ prohibēt
ad inuicem: sed non qui est in latus: ei qui est
sursum.

¶ Ostendit ꝙ motus rectus qui est super magnitudinem
rectam ⁊ finitā non possit esse in infinitū cōtinuus:⁊ ita
nullus motus rectus ꝯtinuus pōt esse in infinitū:nisi po
neretur aliqua magnitudo īfinita in actu:qḋ supra ꝓ
batum est in.3.phy. Ostēdit aūt hoc duplici rōne.quaꝝ Le.9.c.
prima talis est:si aliqd super rectam magnitudinem ⁊ fi- c.56.
nitā mouetur in infinitū:opꝫ ꝙ hoc fiat per reflexioneꝫ:
ostensum est.n.in sexto ꝙ magnitudinem finitam ptran- Lec.9.in
sit aliquid tpe finito. Cū ergo puenitur ad terminū ma- prin.
gnitudinis finite cessabit motus:nisi mobile reuertatur
p reflexionē ad principiū magnitudinis:vnde cepit mo-
ueri:sed illud qḋ reflectitur fm motū rectū mouetur cō-
trarijs motib⁹:qḋ sic probat:ꝯrij motus sunt quoꝝ ter-
mini sunt ꝯtrarij:vt habitū est in.5.sꝫ contrarietates lo- Lec.8.c.
ci sunt sursuꝫ ⁊ deorsuꝫ:⁊ añ ⁊ retro:dextrū ⁊ sinistrū:oē c.48.
aūt qḋ reflectiṫ fm aliquā istaꝝ ꝯrietatum:necesse est ꝙ
reflectatur:omne ergo quod reflectitur mouetur cōtra-
rijs motibus. Ostensum est autem supra in quinto quis Lec.7.c.
mot⁹ sit cōtinuus ⁊ vnus.s.qui est vni⁹ subiecti:⁊ in vno c.41.
tempore:⁊ in eadem re non differenti fm specieꝫ:hec n.
tria considerantur in omni motu:primum est tempus:se
cundum est subiectū qḋ mouetur:vt hō aut deus fꝫ eos
qui corpa celestia deos dicebāt:tertiū aūt est in quo mo
uetur:qḋ quidē in motu locali est loc⁹:in alteratiōe pas-
sio.i.passibilis q̄litas. In gn̄atione ⁊ corruptione spēs:
in augmento ⁊ diminutione magnitudo. Manifestū est
aūt ꝙ contraria differunt fm spēm:vnde motus ꝯrij nō
pn̄t esse vnus ⁊ ꝯtinu⁹:predicta aūt sex sunt loci differē-
tie:⁊ sic oportet ꝙ sint contraria:quia cuiuslibet generis
differentie sunt contrarie. Relinquitur ergo ꝙ impossi-
bile sit id quod reflectitur moueri vno motu continuo.
Et qꝛ posset aliqs dubitare:an id qḋ reflectiṫ ꝯrijs moti
bus moueaṫ pp hoc qḋ non apparet manifesta ⁊ deter- Lec.8.c.
minata ꝯrietas in loco:sicut in alijs generib⁹ in quib⁹ est c.50.
motus:vt supra in.5.dictū est:ideo addit quoddā signuꝫ
ad hoc idem ondendū preter rōnē suprapositā ex ꝯtra-
rietate terminoꝝ:⁊ dic̄ ꝙ signū hmōi est ꝙ mot⁹ qui est
ab a.in b.sit ꝯrius ei qui est a.b.in a.sicut ꝯtingit in motu
reflexo:qꝛ hmōi mot⁹ si sil fiāt:stāt ⁊ repausant adinuicē
.i.vn⁹ ipedit aliū:⁊ faċ eū stare:⁊ nō solū h̄ ꝯtingit in re-
flexiōe mot⁹ recti:sꝫ ēt in reflexiōe mot⁹ circularis:signē
tur.n.in aliq̄ circulo tria signa.s.a.b.c.ꝯstat ꝙ si incipiat
moueri ab a.in b.⁊ postea moueaṫ ab a.in c.versus aliā
partē ꝙ erit reflexio:⁊ isti duo mot⁹ impediūt se ⁊ vnus
sistit idest facit stare aliū:sꝫ si ꝯtinue moueaṫ aliqd ab a.
in b.⁊ p b.iterum in c.nō erit reflexio:ideo aut mot⁹ re-
flexi impediunt seinuiceꝫ tā in recto q̄ in circulo:qꝛ hoc
est de natura contrarioꝝ ꝙ se impediant ⁊ corrūpāt.
motus autem qui sunt diuersi ⁊ non contrarij non se ipe
diunt:sic mot⁹ qui est sursuꝫ ⁊ qui est in lat⁹:puta in dex-
trum vel sinistrū non se impediunt:sed sil potest aliquid

mouerí ⁊ in sursum ⁊ in dextrum. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Signũ q̄ id qȯ reflectit moueat cõtrarijs motibus.



Tx.65. ¶ Maxime autem manifestũ q̄ impossibile est continuũ esse qui est in rectitudine motuũ: quia reflexuũ necesse est stare non solum in recta: sed ⁊ si sm̄ circulum feratur. Non eniũ idez est circulo ferri ⁊ circulum. Est enim aliquando quidez continuũ quod mouetur. Aliquando autẽ in idez veniens: vnde motuũ est reflecti iterum. ¶ Quod autem necesse est stare: fides est non solum in sensu: sed in ratione. Principiuũ autez hoc est. Tribus eniũ existentibus principio medio ⁊ fine medium ad vtrunqz est ⁊ vnum numero: ratione autez duo. Amplius aliud est qȯ est potentia: ⁊ quod est actu. Quare rectitudinis que infra sunt terminoruũ quodlibet signuũ potentia quidem est medium. Actu autem non est: nisi diuidat hanc. ⁊ stans iterum inceperit moueri. Sic autẽ mediuũ principiuũ fit ⁊ finis: principiuũ quidez posterioris. Finis autẽ principij. Dico autem vt si fertur. a. stet in. b. ⁊ iterum feratur in. c. Cuũ autem continue feratur neque factũ esse neqz abesse possibile est a. ⁊ b. signuũ: sed soluũ esse in ipso nunc: in tempore autem nullo preter cuius ipsuũ nunc est diuisio in toto a. b. c. Si autem adesse concedat aliqs ⁊ abesse semper stabit a. quod fertur. Impossibile enim est a. simul adesse in b. ⁊ abesse: in alio ergo ⁊ alio signo temporis est. Tempus itaqz erit quod in medio. Quare quiescet a. in b. Similiter autẽ ⁊ in alijs signis. Eadem enim ratio in omnibus. Cum autez vtatur a. quod fertur ipso b. medio ⁊ principio ⁊ fine. necesse ẽ stare. propter id quod duo facit. sicut vtiqz si ⁊ intelliget. Sed ab a. quidem signo abfuit principio. in c. autem affuit. cum perficiat ⁊ stet.

¶ Ponit scd̃am rõnem ad ostẽdẽdum q̄ motus reflexus nõ põt esse in infinitum ꝯtinuus: q̄ q̄dem rõ accipitur ex q̄ete: quã necesse est interuenire: dicit ergo q̄ maxime ex h̄ manifestũ est q̄ impõle est motũ rectũ eẽ ꝯtinuũ in infinitũ: q2 necesse ẽ id qȯ reflectit q̄escere inter duos mot9: ⁊ h̄ verũ est non solũ si moueat̃ p lineã rectã: sed ẽt si feraẗ sm̄ circulũ: ⁊ ne aliqs itelligat ferri sm̄ circulũ idez eẽ qȯ ferri circulariter: ad h̄ excludẽdũ subdit q̄ nõ est idem ferri circulo. i. circulariter sm̄ ꝓprietatez circuli: ⁊ ferri circulũ. i. ptransire suo motu circulũ: ꝯtingit. n. aliquãdo q̄ sm̄ q̄dã ꝯnexionez fit motus eius qȯ mouet̃ duũ. s. ptransit partem post ptem sm̄ ordinẽ partiũ circuli: ⁊ hoc est ferri circulariter: qñqz aũt ꝯtigit qȯ ptrãsit circulũ: qñ redierit ad p̃nm vnde incepit moueri: non ptransire vltra sm̄ ordinẽ ptiũ circuli: sed redire retro: ⁊ h̄ est reflecti: siue ergo fiat reflexio in linea recta siue i linea circulari: necesse est q̄ interueniat q̄es media: ⁊ h9 rei fides accipi põt nõ solũ ex sensu: q2 sensibiliter h̄ apparet: sz ẽt ex rõne: cuius q̄dẽ rõnis principiũ hoc sumẽdũ est q̄ cũ tria sint in magnitudine que pertransitur. s. p̃nm mediũ ⁊ finis: ⁊ mediũ vtrũqz est respectu vtriusqz: q2 respectu finis est p̃nm: ⁊ respectu pñcipij est finis: ⁊ sic cũ sit vnũ subiecto est duo rõne. Itez aliud prinm est sm̄ mẽdũ q̄ aliud est qȯ est in potẽtia: ⁊ qȯ est in actu. Dis. igitur visis ꝯsiderãdũ est ex dictis q̄ quodlibet signum: i. qȯlibet pũctũ signatum infra termios linee supra quã aliqd mouet̃ mediũ est in potẽtia: sz nõ est mediũ i actu nisi fiat diuisio sm̄ motũ: ita. s. q̄ in illo pũcto id qȯ mouet̃ stet: ⁊ itez ab illo pũcto icipiat moueri: q2 sic medium illud fiet actu p̃ncipiũ ⁊ finis: principiũ q̄dem posterioris ingr̃tum inde incipit rursus moueri. finis aũt primi ingr̃tum. s. ibi terminatus est primus motus p q̄etem: sit. n. vna linea in cuius principio sit a. in medio b. i fine c. moueat̃ ergo ab a. in b. ⁊ ibi stet: ⁊ itez icipiat moueri ab b. ⁊ referat̃ vsqz in c. sic. n. manifestũ erit q̄ b. est actu finis prioris motus ⁊ principium posterioris. Sed si aliqd ferat̃ ꝯtinue ab a. in. c. sine iterpositiõe alicuius q̄etis: nõ est possibile dicere mobile factuz eẽ. i. aduenire neqz abesse. i. abscedere neqz i h̄ signo qȯ ẽ a. neqz in h̄ signo qȯ ẽ b. sed solũ hoc põt dici q̄ in a. vel in b. fit in quodã nũc: nõ aũt in aliquo tpe erit nisi forte sm̄ h̄ q̄ aliqd dr̃ eẽ alicubi in tpe: q2 est ibi in nũc tpis: ⁊ ita qȯ mouetur ꝯtinue ab a. in c. in aliquo tpe erit in. b. s. in nũc qȯ est diuisio q̄dã illius tpis: ⁊ sic dicet̃ eẽ in b. in illo toto tpe eo modo loquẽdi quo dr̃ aliqd moueri in die: q2 mouet̃ in pte illius diei. Et q2 hoc videbat̃ dubiũ q̄ id qȯ fert̃ nõ adsit ⁊ absit cuicũqz signo in magnitudie signato q̄ motu ptrãsit ꝯtinuo. Ostẽdit hoc ꝯtr̃ dicẽs q̄ si aliqs ꝯcedat q̄ mobile adsit ⁊ absit alicui signo in magnitudie signato: seq̄t̃ q̄ ibi q̄escat. Impossibile est. n. q̄ i eodẽ istãti adsit ⁊ absit mobile ad hoc signo qȯ ẽ b. q2 adesse aliqd ⁊ abesse sũt ꝯtria q̄ ñ psũt eẽ in eodẽ instãti. Oz ergo q̄ in alio ⁊ i alio nũc tpis mobile adsit ⁊ absit alicui sig̃ magnitudis: inter q̄libet aũt duo nũc est tps mediũ. ergo seq̄t̃ q̄ mobile qȯ est a. q̄escit in b. oẽ. n. qȯ est alicubi p aliqȯ tps est in eodẽ prius ⁊ posterius: ⁊ sĩr est dicẽduz in oĩbus aliis signis vel pũctis: q2 de oĩbus est eadez rõ: vñ manifestũ est q̄ illud qȯ ꝯtinue fert̃ p magnitudinez aliquam in nullo intermedio signo magnitudis adest ⁊ abest. i. accedit ⁊ recedit. Cũ. n. dr̃ q̄ mobile adsit alicui sig̃: vl̃ fiat i eo: vel accedat ad ipz p oĩa hmõi significat̃: q̄ illud signũ sit terminus motus cuz aũt dr̃ q̄ absit vel abscedat significat̃ q̄ sit principiũ motus: nõ est. n. actu mediũ signũ magnitudinis nec principiũ nec finis mot9: q2 nec terminat̃ nec icipit mot9 ibi: sz i põ tm̃. Possz. n. ibi mot9 incipe vel terminari: vñ nec adest nec abest mo-


bile a signo medio:sed simpliciter of esse ibi in nūc:ē.n. mobile in aliquo signo magnitudinis cōparatū ad totū motū sicut nunc ad tps:sed cū mobile qȯ est a.vtat ipso b.vt medio principio 7 fine in actu:necesse est q ibi stet pp h q facit ipsum mouendo 7 stando vnū signū eē duo .s.pn^m 7 finē sicut ēt ꝯtingit in intelligendo. Possumus .n.sil' intelligere vnū pūctū esse in vno subiecto:sed si seorsum itelligamus ipȝ:vt pn^m:seo:suȝ aūt vt finē:nō sil' hoc ꝯtinget:ita 7 cū id qȯ mouet vtit aliq signo vt vno nō erit ibi nisi in vno nunc:si aūt vtit eo vt duobus.s.vt prin° 7 fine in actu:necesse erit q sit in duob° nūc:7 per ꝯñs in tpe medio:7 ita quiescet. Māifestū est ergo q illud qȯ mouet continue ab.a.in.c.i medio.b. neqȝ affuit neqȝ absfuit.i.neqȝ accessit neqȝ recessit:sed a pmo signo qȯ est a.abfuit vel abscessit quasi a principio in actu.i vltimo aūt signo qȯ est c.affuit vel accessit:qꝛ ibi perficit motus:7 mobile quiescit. Et est attēdēdū q in pmissis ponit a.qñqȝ qdē pro mobili.qñqȝ pro pricipio magnitudinis. Ex istis aūt pȝ q motus reflexus siue in circulari siue in recta magnitudine nō pōt esse ꝯtinuus:sȝ intercidit quies media:qꝛ idem signum est q actu sit finis primi motus 7 pn^m reflexionis: sȝ in motu circulari mobile nō vtit aliquo signo vt pn° vel fine in actu:sȝ quolibȝ signo magnitudinis vtit vt medio:7 ideo motus circularis pōt eē ꝯtinuus:nō aūt reflexus. Lec. XVII.


T.c.66. Ude 7 ad dubitationem hoc dicēdum:habet.n.dubitationeȝ hanc. Si eni sit quod est.e.ei quod est.3. equale:7.a.feratur continue ab extremo ad.c.Simul autē sit.a.in.b. signo:7.d.feratur continue a.3.extremo ad i.regulariter 7 velocitate simili ipsi.a.ipȝ d.ante veniet in i.qȝ.a.in.c.Prius.n.mouēs 7 discedēs primū venire necesse est.Non ergo simul affuit a.in.b.7 abfuit ab eodē.Unde posteri°. Si.n. sil:non posterius est:sed necessitas erit stare.

¶ Postq̄ phs ōndit q motus reflexus non potest eē cōtinuus 7 vnus.Hic sm premissa soluit quasdam dubitationes:7 diuidit in partes tres sm tres dubitatiōes q̄s ex premissis soluit.Scda pars icipit ibi.Eodem autem modo obuiādū est.Tertia ibi.Manifestat autem.Circa pmum duo facit.pmo ponit dubitationem: secundo soluit eā.ibi.Nō ergo ponēdū ē 7c.Dicit ergo pmo. q hoc quod dictum est ad probandū q motus reflexus non est ꝯtinuus:pōt ēt dici ad soluēdum quādam dubi- dubi° tac onē.Est.n.vna talis dubitatio.sint due magnitudies eq̄les:quaruȝ vna dicat c.alia 3.sint etiam duo mobilia equalr velocia:quoꝝ vnuȝ sit a.7 aliud sit d.7 moueat a.continue ab extremo i.principio magnitudinis ad c. d vero ad i.feratur:7 ponatur q in magnitudine que ē c.signetur quoddam signum medium qȯ est b.qȯ tantū distet a c.quantum in magnitudine que est.3.distat.3.ab i.7 ponamus q simul dum a.i suo motu ꝯtinuo accedit ad b.signum:q d.mobile i suo motu ꝯtinuo recedat a 3. 7 veniat ad i.Cū g motus sint regulares 7 eque veloces vtriusqȝ mobilis:sequitur q pus veniet d.in i.q̄ a.veniat in c.qꝛ quod prius recedit prius perueniet ad finē eq̄l magnitudinis:prius āt recessit d.a 3.q̄ recederet a.b.qꝛ d.recesserit a 3.qñ.a.ptigebat ad b.g sȝ h a.nō sil' aduenit i.b.7 recessit ab eo:7 ita seqt q posteri° recesser.t q̄ aduenerit:qꝛ si simul adueniret 7 recederet nō posteri° moueri iciperet:7 ita necessitas est q a.dū cōtinue fer-

tur quiescat in b.7 sic motus continuus erit compositus ex quietibus:sicut zeno ponebat: vt supra habitum est in sexto. Secundo ibi. Lec.1. T.c.6.9.

¶ Ratio qua dubitatur q id quod cōtinue mouetur in aliquo signo quiescat.






¶ Non ergo ponendum est cum.a.affuit secūdum b.ipsum.d.moueri a.3.vltimo. Si enim affuit a.in.b.erit 7 abesse 7 non simul:sed erat in decisione tēporis:7 non in tempore. Hoc quidem igitur est impossibile sic dicere 7 in continuo. Sed in reflectenti necesse est sic dicere.Si enim quod est.i.feratur ad ipsum.d. 7 iterum reflectens deorsum feratur vltimo.d. 7 fine vtetur 7 principio vno signo vt duobus.Unde stare necesse est.Neqȝ simul affuit in ipso.d.7 abijt ab ipso d.ibi enim simul esset:7 non esset in eodem nunc.At vero olim solutio non danda est:non enim contingit dicere q sm ipsum.d. sit ipsum i.in decisione:non affuit auteȝ.neqȝ defuit.Necesse enim est in fineȝ venire qui actu est non potentia:quod quidem igitur est in medio: potentia est. Hoc autem actu: 7 finis quidem deorsū principium autem sursum: 7 motuum ergo similiter. Necesse est ergo stare reflectens in recto.Non ergo contingit continuum motum in recto 7 perpetuum esse. T.c.67

¶ Soluit motā dubitatōeȝ sȝ pmissa.Supponebat.n. obiectio pdicta q.a.dū ꝯtinue mouet accedit ad aliqȯ signū i medio magnitudis positū.s.ad b.7 q sil' duȝ accedit a.ad.b.d.recedit a q̄dā alio sig.s.a 3.qȯ est ꝯ pmissa. dcm̄ ē.n.supra q cū aliqd ꝯtinue fert neqȝ pōt adesse neqȝ abesse.i.recedere 7 accedere a sig medio.g nō ē ponēdū h qȯ obō supponebat.q cū a.affuit.i.accessit ad b.ipȝ d.recessit sil' a 3.qꝛ si dcē q a.accessit ad b.erit pari rōne dar q recesserit.7 q n̄ fuerit sil':sȝ i duob° istātib°.ita q tpe itermedio qeuerit:sȝ sic dcm̄ ē pus cū aliqd ꝯtinue mouebat i aliq sig medio nō aberat 7 aderat:sȝ simplr erat n̄ q̄dē p aliqȯ tps:qꝛ sic qelceret:sȝ i dcisiōe tpis.i. Lec.16. T.c.65.

in aliquo nūc qd diuidit tp̄s: hoc ergo qd obiectio supponebat: q̄ s. a. adeēt: et q̄ ēt abeēt ab aliquo signo medio impole est dicere i motu ɔtinuo: sz in reflexo est necesse vt dicat ita. Si. n. aliqd mobile qd est i. ferat ad pūctū qd est d. et iterum reflectat. Manifestū ē q̄ mobile vtit vltimo qd est d. q̄si principio et quasi fine. s. vno signo vt duobus: vñ necesse est. q̄ ibi q̄escat: nec est dōm q̄ simul accesserit ad ipsum d. et recesserit ab eodē: qz sequeret q̄ sit in eodē instanti eēt ibi et non esset. Oē. n. qd motū est: est in termio ad quē mouebat: et oē qd icipit moueri nō est adhuc in termio ad quē: h aūt significat cū dicimus adesse vel accedere: qd est terminari motū ad punctū illud: cū aūt dicimus abesse vel recedere significam̄ motū icipere. Vñ nēce est oē qd accedit vel adest ad aliqd signū in eo: qd aūt abest vel abscedit nō est in eo: qz ergo impole est sil eē et non eē in aliquo signo: p ɔñs impossibile est q̄ simul adsit et absit eidem: vt superius pluries est suppositū. Est aūt attendēdū q̄ aliter vtitur hic litteris q̄ supra. Vtit. n. hic i. pro mobili. d. vo pro termino: supra aūt ecōuerso: nō ē autē in motu reflexo dāda solo que prius data est in motu ɔtinuo: nō. n. pōt dici q̄ mobile qd est i. sit in termino qd est d. a quo incipit reflecti solum in decisiōe tpis. i. in nūc: et qd mobile neq; defuerit neq; affuerit eidē: sicut dicebat i motu ɔtinuo: qz in motu reflexo necesse est vēire ad finē q̄ est actu finis et nō in potētia tm: sicut medium i motu ɔtinuo erat pn̄cipiū et finis solū in potētia. Illud ē qd est in medio motus ɔtinui est in potētia tantū principiū et finis: sed hoc a quo incipit reflexio est actu pn̄cipiū et finis: finis qdē motus q̄ erat deorsū puta lapidis: pn̄cipiū aūt ē i actu motus reflexi qui est sursum: dum lapis cadēs in terram resilit sursum. Sicut ergo in magnitudine in qua est motus signū a quo reflectitur est pn̄m et finis in actu: ita et i ipsis motibus ē accipe actu finē vni⁹ et pn̄m alterius qd non esset nisi quies interuenirct media. Necesse est ergo q̄ id qd reflectit in linea recta quiescat: et ita sequitur q̄ in recta magnitudine nō possit esse motus ɔtinuus et ppetuus: qz magnitudo recta non est infinita: et ita non posset esse in perpetuum motus rectus continuus nisi reflecteretur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ostensio q̄ necesse sit mobile quod reflectitur quiescere in illo signo a quo reflectitur.



¶ Eodem autem modo obuiandum est ad interrogantes zenonis rationē: et volentes si sem per mediū transiri oportet. Hec autem infinita sūt: infinita autem transire impossibile est. Aut sicut ipsam hanc eandem quidam rationem aliter interrogant: volentes simul cū mouere medietatē prius numerare sm vnūquodq; factum medium. Quare ab eunte totam infinitum accidit numerare numerum. Hoc autem confitentur impossibile esse.

¶ Ponit scdam dubitatiōem: et circa h tria facit. pmo mouet dubitatiōem. Scdo excludit quādam solonem in sexto positā. ibi. In primis igit. Tertio ponit verā solutionē. ibi. Sed vere dōm. Dicit ē pmo. q̄ eodē mō p ea q̄ supra ōnsa sunt possum⁹ obuiare ad eos q̄ ponūt obiectionē Zenōis: q̄ sic volebant argumētari. Oē qd mouet oz q̄ prius pertranseat mediū q̄ pueniat ad finē: sz inter quoslibet duos termios sunt ifinita media p hoc q̄ magnitudo est diuisibilis in ifinitū: et ita impole est transire media: qz infinita non ɔtingit trāsire: ē nihil pōt mouēdo ad aliquē terminū pueīre: vel pōt eadē dubitatio aliter formari sicut qdā i eā pponūt. Oē qd ptrāsit aliqd totū pri⁹ ptrāsit medietatē: et cū medietas iterum diuidat in medietatem: oz q̄ prius ptrāsierit medietatem medietatis: et ita oē qd mouet numerat quamlibet medietatē ptingēdo ad ipsam. sed medietates sic accepte possūt in ifinitū ire: ergo sequitur q̄ aliquid pertransit totam magnitudinem quod numerauit numerum ifinitum: quod est manifeste impossibile. ¶ Secundo ibi. Lec. 4. t. c. 8. et. ii T. c. 83.

¶ In primis igitur rationibus de motu soluim⁹ per id q̄ tēp⁹ infinita habet in seipso. Non enī inconueniēs est: si in infinito tēpore infinitū trāsit aliquis. Similiter autem infinitum vtiq; in longitudine est et tēpore. T. c. 68.

¶ Excludit solonem quā supra in sexto posuerat ad hāc obiectiōem: et primo recitat eam: scdo excludit. ibi. Sed hec solutio etc. Dicit ergo primo. q̄ predicta obiectio soluta est in sexto cum de motu in cōmuni agebatur p hoc q̄ sicut magnitudo diuiditur in infinita: ita et tempus: et sic eodem modo tempus habet in seipso infinita sicut et magnitudo diuiditur in ifinitum: et ita non est inconueniens si infinita que sunt in magnitudine transeat aliqs in ifinita que sunt in tempore: quia non est inconueniēs q̄ infinita magnitudo transeat tempore infinito: sz sicut in sexto ostēsum est ifinitum eodem modo inuenitur i magnitudine et tempore. ¶ Secundo ibi. Sol. habita l. 6. Lec. 4. Lec. 6. T. c. 39.

¶ Sed hec solutio ad interrogantem quidē se habet sufficienter. Interrogabat enim si in finito tēpore infinitum transire atq; numerare contingit ad rem autem et ad veritatem non sufficienter. Si enim aliquis dimittens magnitudinem et interrogauerit si infinito tempore contingit infinita transire. interroget in ipso tempore eadem: habet enim tempus infinitas diuisiones: nec adhuc sufficiens hec solutio.

¶ Excludit hāc solonē: et dicit q̄ hec solo sufficiēs ē ad obuiādū iterrogāti q̄ sic iterrogabat an ɔtingeret in tēpore finito trāsire et numerare infinita: q̄ qdē interrogatio repellebat p hoc q̄ subdit q̄ tps finitū hz finita i q̄bus pnt trāsiri ifinita q̄ sunt in magnitudie. ¶ Sz ista solo nō suffic ad rei veritatē: qz si aliqs pmittat q̄rere de magnitudine: et pmittit interrogare: an in tpe finito ɔtingat infinita transire et faciat hanc eādem interrogatiōem de ipso tpe: vtrum s. infinita que sunt in tempore possint transiri pp hoc q̄ tempus in ifinitum diuidit: non sufficit predicta solutio ad hanc interrogationem. Impro⁹ eiusdem.

¶ Deinde cum dicit.


¶ Sed verũ dõm est. qđ qdem diximus in ratõnibus. Si eni aliquis continuũ quidem diuiseritin duo media: bicũo signo tanquã duobus vtitur. Facit enim ipsum principiũ ⁊ finẽ. Sic autem facit numerans ⁊ in media diuidens: sic autem diuidente non erit continua: neq; linea: neq; motus. ¶ Continuus.n. motus cõtinui est. In continuo autẽ sunt infinita media: sed non actu: sed potentia. Si vero facit actu: non faciet continuũ. sed stabit. Quod quidem in numerante media manifestũ est: q2 accidit. Unũ enim signum necesse est ipsum numerare duo. Alterius quidem eniz medij finis: alterius autẽ principium erit: si non vnũ numeret continuũ: sed duas medietates. Quare dicendum est ad interrogantem: si contingit infinita transire: aut in tempore: aut in longitudine: quia est quidem sic. Est autem non sic. Actu eni cum sint: non contingit: potentia autẽ contingit. Quod eniz continue mouetur fm accidens: infinita transiuit. Simpliciter autem non. Accidit autem line infinita media esse. Substantia autem altera est ⁊ esse.

Sol.ṽa. ¶ Ponit verã solõnẽ fm ea que supra premiserat: ⁊ dicit q fm veritatẽ h dõm est ad solõnẽ dubitatiõis mote illud qđ premisit rõnib9 suprapositis proxime. s. q si aliqs diuidat ɔtinuũ in duo media: tũc vtit vno signo. s. in quo diuidit ɔtinuũ tanq̃ duob9: q2 facit ipsum ⁊ principiũ vnius ptis ⁊ finẽ alteri9: facit aũt h numerãdo ⁊ in duo media diuidẽdo: cũ aũt sic diuisum fuerit ɔtinuum. iã nõ erit ɔtinuum siue diuidat magnitudo vt linea: siue diuidat motus: q2 nec motus põt esse ɔtinuus nisi sit cõtinui. s. subiecti ⁊ tpis ⁊ magnitudinis sup quã trãsit motus: si g diuidẽs numerat: ⁊ numerãdo ɔtinuitatẽ soluit: sed in ɔtinuo dũ ɔtinuitas durat sunt infinita media nõ in actu: sed i potẽtia: q2 si faciat aliqs aliqđ mediũ iesse in actu: h erit p diuisionẽ: vt dictũ est: inquantũ accipiet vt pnncipiũ vnius ⁊ finis alterius: ⁊ sic nõ remanebit ɔtinuũ: sed stabit. i. iã media in actu nõ erũt ifinita: sz in eis erit status. qđ maxime accidit in eo q vult numerare media: q2 necesse est ei q vnũ signũ numeret q̃si duo: inquãtum est vnius medietatis finis ⁊ alterius principium: ⁊ h dico qñ nõ numerat totũ ɔtinuũ vt vnũ. Sz numerat due medietates in ipso. Si.n. accipiet totũ ɔtinuum vt vnũ tũc iã dcm̃ ẽ q signũ mediũ nõ accipit vt finis ⁊ pncipiũ in actu. sed in potẽtia tm̃. His g visis rñdendum ẽ ad eũ q iterrogat an ɔtingat infinita trãsire siue in tẽpore: siue in magnitudĩe: q quodãmõ ɔtingit ⁊ quodãmõ nõ ɔtingit. Cũ.n. sint ifinita media in actu nõ ɔtingit ea trãsire: cũ aũt sint i potẽtia ɔtigit ifinita trãsire: ⁊ sic cuz in ɔtinuo nõ sint ifinita media nisi in potẽtia ɔtingit infinita trãsire: q2 illđ qđ ɔtinue mouet transiuit fm accñs ifinita. s. in potẽtia: p se.n. trãsit lineã finitã: cui accidit q sint ei ifinita media i potẽtia: sz ipsa linea fz subaz ⁊ rõnem est alia ab his medijs ifinitis: nõ.n. linea componitur ex pũctis: sed pũcta põt signari in linea inq̃tũ diuiditur. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.69. ¶ Manifestum autem. ⁊ quia nisi aliquis faciat temporis diuidens signum prius ⁊ posterius semper posterioris rei: erit simul idẽ ens ⁊ non ens: ⁊ quando fuit non est. Signum quidẽ igitur vtrisq; commune est ⁊ priori ⁊ posteriori ⁊ vnum ⁊ idem numero: ratione autem non idẽ est. huius quidem enim finis est: illius autem principium. Res autẽ semper posterioris passionis est. Sit tempus in quo est. a.c.b. res in quo. d. Hoc in. a. quidem tempore albũ. In. b. autẽ non album. In. c. ergo album ⁊ non albũ. in quolibet enim ipsius. a. verũ est dicere albũ: si omni tempore hoc erat album. ⁊. b. non albũ. c. autẽ in vtrisq;.

